



La voluntad es a veces apesadumada  
en comida, sino muy escogida  
y contentada, así como se  
notó el entendimiento, sino aun  
la voluntad se gustar lo  
se entiende. & bene vale.

Los los gracios y habilidades assi  
naturales, como adqui ditas assi como  
con el uso y exercicio de los, assi  
ambien se obtienen con el fletro del  
que al venes aun en las cosas natura  
les y muy en las por lo que  
se puede formar grado. Esta lengua  
no es el hombre naciendo y como  
la leche? que aun se sabe por  
se obtiene dar que a se se ha.



3-3-1790  
La leche no a de ser agrefurada  
en comida. Sino muy segada  
y atendida, apl. cand. asilo  
no solo el entendim<sup>t</sup>. sino aun  
la voluntad q<sup>e</sup> gustar lo  
se Entienda. & bene. m<sup>o</sup>.

De las los grandes y habilidades assi  
naturales, como ad qui otros assi como  
nacen con el uso y exercicio de los, assi  
tambien se olvidan con la falta del  
lo qual vemos aun en las cosas mas  
naturales y muy en las que  
esta puede ser mas buena. La lengua  
en el hombre nace y como  
en la leche? pues aun q<sup>e</sup> se viene por  
d<sup>o</sup> a olvidan que a d<sup>o</sup> m<sup>o</sup> se usa.




lyen del peltiano a su ca los gudo  
muentos: y como assi los vece  
hien e superto con fe pica hofa  
los que mana sangre con la que  
no uady, los sigue los vece ben en  
la y vida.


El azibar puzca la atera y los dudo  
maly gu mo ref del ayo. La mich  
por el amige y un tra de la  
Biel.

Amigo acau LCP

Buenos  
D. Buena So



|                         |       |
|-------------------------|-------|
| Instituto Universitario |       |
| GRANADA                 |       |
| C. I. a                 | _____ |
| Cuanto                  | _____ |
| C. I. b                 | _____ |
| C. I. c                 | _____ |



*del 22 de Mayo de 1730*  
**Clarissimi Iurecon-** 15.427

sulti D N. Stephani de Fhedericis  
+ Brixienfis, De Interpretatione Iuris, +  
Commentarii IIII. iam recens stu-  
diosis restituti, & à mendis quantum  
fieri potuit, repurgati.


*In quibus et ipsa Topica, quatenus quidem illa  
ad Iurisprudentiam faciunt, diligenter et  
docte suis quaeq; locis tractantur.*

Iustitia Domini manet in aeternum.



LUGDVNI. APVD IOANNEM

FRELLAEVM. M. D. XXXVI.






# VIRO AM

PLISSIMO DN. MATTHIAE

Held, Caesareae Maiestatis Procancellarius

et c. Ioannes Fichardus Fran-

cofurtensis s. d.



**C**OGITANTI mihi et in hanc Iuris Ciuilis disciplinam saepenumero intuenti, Magnifice MATTHIAE, cum alia quidem multa, tum uero istud in primis subit mirari, quid causae tandem esse possit, cur quum nulla omnino ars humano ingenio uel peculiarior, uel coniunctior illa sit, non alia tamen hac una magis ardua magisque difficilis passim habeatur. Nam si rationem reliquarum ferè omnium scientiarum paulò exactius animo uelinus reputare, alias quidem natura abstrusas et ab hominum ingenijs remotas, neque aliter quam diuino munere longoque rerum usu et exercitatione inuentas, alias uero quamuis ab ipso animo non alienas, tamen non nisi excellenti solertia, summa diligentia, et perpetua obseruatione à maioribus comparatas esse inuenimus. Quas sane, quoniam pleraque tantum in scholis et intra priuatos parietes usurpantur, ab hac uero luce et usu publico penè sepositae disiunctaeque sunt, atque inde accidit, ut in ipsis non modo qui excellerent, sed et qui nomen omnino suam profiterentur, multò pauciores semper ex-

parent, magis, opinor, conueniebat, imò potius solas eas inter obscuras proindeq; difficiles recenferi. Quis enim ignorat quanto sunt rariora artis cuiusuis exempla, tanto et artem ipsam operosiores ferè esse, et contra quanto crebriora communioraq; illa, tantò etiam hanc leuiorem haberi? At uerò hæc omnia, si iuris scientiã consideremus, aliter longè habere deprehendemus. Nam quæ passim pro expeditis atq; uulgaribus existimantur, eas artes, si introspectas, nimirum uidebis plurimum et difficultatis in se continere, et ob id etiam ferè plus ingenij requirere, contra autem, hanc nostram de iure differendi facultatem, quam pleriq; attollendi ne studio, an quia re ipsa illis ita uideretur, nescio, maxime arduã maximeq; perplexam hæctenus arbitrati sunt, cum minimũ obscuritatis habere, tum omnibus obuiam quoq; atque adeò expositam esse: ut iure mirari possis, cur non magis hæc quæ in illa, aut saltem æquè pro expedita ac plana haberetur. Etenim, ut ipsa hinc principia iuris repetamus, quibusq; ex fontibus illud ortum sit, inueniemus non ab litos quidem illos et reconditos esse, sed ex ipsis omnino mentis humane penetralibus scaturire, quod quidem cum ex tota hominum societate coniunctioneq; litis quidum sit, tum ex ueteribus prudentissimorum hominum disputationibus facile apparet, quibus illi demonstrarunt ad iustitiam planè natos esse nos, neq; opinione sed natura ius in se constitutum esse. Proinde etiam legem esse diffiniebant, rationem summam insitam in natura, quæ iuberet ea quæ faciendã sunt, prohiberetq; contraria. An uero tam corrupto quisquã est ingenio præditus,

qui

qui non ipse quid in quaq; re sit iustum et æquum, quid iniquum et turpe, magistra illa natura secum norit dijudicare? Imò uero usq; eò innata sunt nobis illa iuris præcepta, Honeste uiuere, neminem ledere, ius suum unicuiq; tribuere, ut ea si minus opere persequamur, animo certe atque intellectu qualia sint assequamur: atque illud inde manifestũ esse possit, nobis neq; tam proprium sui natura quicquã, neq; tam notum quam ius et æquum esse debere. Quæ quidẽ sola ratio uideri potest eius constitutionis quæ edicitur, ignorantia iuris penitus neminẽ excusari debere, neq; etiã permitti quicquã leges uel nescire, uel dissimulare. quum alioqui nihil aut inhumanius, aut iniquius excogitari potuisset, si ijs quæ longè captũ uulgarem excederent, ita omnes tamen adstringeretur, ut ne mulierculis quidem quicquam remitteretur. Quanquam etiam ista comoditas, quæ tamen summa et incomparabilis meritò uideri debet, ut maxime in hoc genere nõ re periretur, et illa à natura nobis insita nobiscumq; nata iuris et æqui cognoscendi facultas, de qua modo dixi, in nullo adeò eluceret, quæ tandem professio est, in qua et publicè et priuatim uel plures doctores, uel plures discipuli, uel etiam plura in cõmuni exempla existunt? Omnia enim (ut scribit homo sapientissimus, et idem à puero in iuris studio uersatus M. Cicero) posita sunt ante oculos et in medio, collocata in usu quotidiano, in more, in cõgregatione hominum, in foro. Itaq; iam multos uidemus homines rudes etiam et idiotas, obseruatione solum et consuetudine doctos, quid iuris sit in singulis ferè pronuntiare. Deinde autem præter hanc communem, eandemq;

Iuris præcepta.

optimam legū interpretē consuetudinē, quod si ad alios atq; priuatos illos doctores conuertamus animam, certē circa nullam prorsus disciplinam ijdem uel num. rosiores uel diligentiores inueniuntur: ut qui & summis honoribus & amplissimis ad hoc premijs ubiq; inuitentur. Vt nihil hic interim dicam de mutis, quos uocant, præceptoribus, quorum in hoc iure civili tam infinita est copia, ut in nulla magis re & nostrā, & superiora aliquot secula elaborasse uideantur. Iam illa frequentissima discipulorum turba quid aliud uidetur quam eximia iuris facilitatē argueret? Postremo etiā ista studiorum delectatio, & quæ non hic tantum, uerū in omnibus artibus plurimū ualet, cognoscendi cupiditas ac suauitas, si quid ipsa quoq; ad facilitatē facit, tanta sanē in hoc genere est, ut improbiū sit negare iuris prudentiā alijs difficiliorē esse. Nam præterquam quod ipsa cognitione neutiquā simplicē sui studiosis uoluptatē confert, tum reliquas etiam illas omnium rerum humanarum sanē gratissimas atq; suauissimas dotes, gratiam scilicet, opes, honores, ac dignitates ferē sola secum afferre cōsueuit. Proinde quum disciplinarū quarumcūq; difficultas ex obscuretate potissimū existat, obscuretatis autē ex eo maxime quod ille uel sui natura abditæ, uel præceptis nō cōprehensæ, uel deniq; doctoribus a quibus tradantur destitutæ sint, quādo omnia illa de hac iuris cognitione dici nō possunt, sanē quā in occulto ratio hæc posita est, cur tandē adeo difficilis, adeoq; impedita illa habeatur. Quibus de causis, ut unde cœpi reuertar, quis illud nō iure miretur, ceteras quidē sciētias quæ recōditis in rebus, & extra publicū usum ferē uersantur, faci

faciliores haberi, hanc autē iuris & legū prudentiam, quæ & ex ipsa penitus natura deprompta, & in omni hominū uita exposita est, in tanta præsertim & doctū & discipulū multitudine, neq; nup. neq; à paucis, sed iam inde ab initio, cōcordi ferē omnium sentētia pro operosissima atq; omnium difficillima existimatā fuisse? Ac ea quidē in quæstione cū ueteres illos sapiētissimos atq; præstantissimos homines uersatos esse, tū etiā nostræ ætatis plebesq; uiros sanē doctissimos summisq; ingenijs præditos etiamnum uersari atq; hæere uidemus, qui ferē omnes, quantum quidē ipse intelligere hæctenus potui, duplicē omnino huius rei causam attulerūt. Primum enim nemini ignotū est maiores illos Romanos, simulatq; ius in urbe constitutū erat, eō q; intelligerent ex omni scientiarū genere nihil neq; ad humanas actiones magis necessarium, neq; ad homines beneficijs astringēdos, eorūdemq; studia concilianda magis accommodatū esse iuris disciplina, ut qua una rerū omnium salus atq; tranquillitas cōstare uideatur, eā suā adeo propriā esse, atq; a se possideri uoluisse decertasseq;. Vnde statim ab initio factū est, quū in paucis potentiorū familijs iam hereditaria esset hæc professio, atq; inde ipsæ illæ summo in honore haberētur, quo securus eius opinionis dignationisq; suæ possessionē tuerētur, ius ipsum deinceps nō modo ut recōderent, sed etiā ad certas quasdam angustias redigerent, cū actionū difficultate, tum ipsorum quoq; dierū, quibus agi uel non agi posset, occulta quadā ratione. Verū posteaquā per Cn. Flauium aditis eorū factis, quicquid istius sapientiæ fuerat, euulgatū esset, & ex eo iam periclitari non ipsorum

modo existimatio, uerum etiam totius iuris autoritas dignitasque uideretur, ut iam fere amissam professionis suae gloriam recuperarent, omnibusque, ut ille inquit, in rebus et ipsi interessent, rursum istud quod erat reliquum obscurantes, notas formulasque certas composuerunt, et omnino ex praescripto, cui ipsi praesent, agi singula uoluerunt. Atque inde prima illa iuris, quod alioqui sanequam simplex et perspicuum erat, difficultas et ignorantia emanauit. Altera uero causa ipsa Iureconsultorum negligentia habetur, qui id quod in omnibus disciplinis esset praecipuum, intermittere uidelicet iuris sui scientiam ad artem redigere, dispersam uero dissipatamque iacere pateretur. Sic enim erant etiam ueteres illi instituti, ut iuris ciuilius magnus usus apud multos, arx uix in uno (quod de Seruio scribit Cicero) inueniretur. Et tales quidem ad usque ipsius aetate eos fuisse, uel ipsius uerbis induci possumus ut credamus: de posterioribus autem aliud fortasse ferendum erat iudicium: de quibus etsi pronunciare certo nihil quaeamus, tamen ex istis, ut ita dicam, ipsorum ruderibus, quae in Pandectis passim uisuntur, non modo respondendo, sed et committendo de iure, magna ex parte perfectos homines extitisse coniectare licet: ut uerisimile sit hanc difficultatis partem eosdem sedulo quidem amolitos esse, ceterum ex illa postrema omnium iuris autorum confusione rem eodem fuisse relapsam. Sed recedentes ab illis, ad nostros modo nos homines conferamus, hoc est, qui post auream istam Iuris peritorum aetate, ad restaurandam eam aliquot iam seculis temporum calamitate intermissam prudentiam acceperunt. ij uero non modo nullam difficultatis

partem

partem ipsi sustulerunt, imo hercule obscuritas omnis atque difficultas per eos demum in hoc studium magna profusa industria (ut multis rebus iudicare possumus) etiam importata est. In quo tamen ut quisque prior fuit, ita etiam inculpatior extitit. operam enim dabant antiquiores, ut ita sua scribendi ratione moderarentur, quod et quam proximè ad imperatoris Iustiniani edictum accederent, et studiosis quantum possent maximum laboris sui compendium indicaret. Itaque ut plurimum summas scribebant, iuris capita generatim pro ea qua poterant scientia simul et diligentia tractabant, breuiterque ea quae arbitrabantur ad faciliorem legum intellectum conferre, exequabantur. Quod quidem commentandi genus ut est sincerissimum, ita ad docendum uel maxime accommodatum. Posteriores autem quum aliquam scribendi licentiam esse animaduertissent, protinus quasi iam inuiderent superioribus eius rei occasionem, alia ipsi uia ingressi, iam animosius omnes adeo iuris ciuilius partes, et singulas ex ordine leges inuadebant. atque hic quam rectè hoc facerent pauci considerabant: hoc ferme satis erat ne operam apud praepceptorem luisse uiderentur, aliquid scripti reliquisse. Illud sane quod acceperat a maioribus olim usurpatum, ut ius et in occulto retinerent, et inde potentiam autoritatemque suam firmarent, tam diligenter imitati sunt, ut pleraque etiam in iure ultro comminiscerentur, quae citra suam operam rite expedire non possent. Et quia metuebant homines cauti, ne si plana essent omnia, ipsi in tenui scientia uersari, atque rem exiguam uulgaremque tractare uiderentur, diuersis lecturis, crebris oppositis, uarijs opinionibus, mutuis denique con-

A 5 futu

futationibus ita uniuersa penè obscurarunt, ut nec ipsi prorsus explicare se penumero se queant. Acciditq; in eo planè, ut quemadmodum pueris interdum usu uenire uideamus, qui dum liquidum & perspicuum alioqui fontè, contunuis atq; profundis agitationibus cient, turbulentiorem cœnosiforemq; subinde efficiunt: ita illi, dum unus post aliū sursum ac deorsum uoluunt omnia, tantum colligunt tenebrarum, tantū pulueris trahunt, ut quid potissimum agatur plerunq; nec perspicere satis, nec discernere ualeas. Iam uero artem ne etiam illam de qua supra mentionem fecimus, & quam in hac una disciplina maxime desiderari constat, requiremus? Faciendum utiq; foret, si consilio magis quàm cōmuni quodā temporum suorum more ad scribendum accessissent. Vtrum quis totam eorum commentandi rationem ignorat ita institutam, ut ab ista arte nihil remotius esse possit? Sed nimirum illi neq; hoc agebant, neq; in eiusmodi interpretādi genere poterant: quod me hercle ut nullum aliud fūsum, uarium, incertū, adeoq; prorsus infinitum est. Quam ob rem etiam mirum nō est, si ius ciuile in eam quæ nunc ob oculos est, cōmentariorū molem excreuerit, necdū tamen suum finem sit consecutum, sed indices etiamnum magis atq; magis augeatur. Nam quæ demū tanta erit diligētia, præsertim in hoc genere cōmentādi tam uago, cui posteritas nequeat uel residere uel adiungere? Quod licet in uniuersum dici perinde possit, tamē hoc loco maxime uerū est, quum re ipsa iam experiamur, ad cō parum tot etiam librorū centurijs ipsi iuris scientiæ absolutioni cōsultum esse, ut nobis hodie nihilo fecius in explicandis declarandisq; legibus, & ueris sensibus

sensibus eruendis, ac ipsis illis laborandum sit. Post Martinos, Placentinos, Azones, Accursios, quum iam ex integro campus philodoxiæ apertus uideretur, tanta statim contentione in illum descensum est, ut nemo non istic excellere, superioresq; uel æquales superare amitteretur. Itaq; ut ingenio quisq; ualebat, ita eruditionis suæ quam in ea scientiā cōsecutus uideri uellet, aliquod monumentū relinquere studebat. His alterū atq; item alterū successit seculum, quo qui insequerentur, ne in se natura iam effecta uideretur, credo, ita scribendo & ipsi insudabant, quasi superiores uel nihil elaborassent, uel operam eam omninè planè lussissent, quorū multi quum eruditione minus possent, librorum mole atq; numero certabant, quasi quoddā hoc palmarium arbitrantur, intactum nihil reliquissent. Interea uero hic idem accidit, quod oratoribus olim accidisse scribit Fabius. Primi, inquit, utilia inuenerūt, posteri ut uiderentur aliquid suū attulisse, etiā certa immutarūt. Quis enim non uidet, quod totū hodie ius (quo nihil magis referebat certum esse) fluctuat, adeoq; aduersissimis opinionibus exundat, inde maxime euenisse? Nam istud quod ab uno, ut aiunt, diagrammate pleraq; eorum ducta sunt, ueterū inuētis, quanquam nō ita callidè, subinde interpolatis, non est cur his solis magnopere imputemus, quum & olim ab eo primos illos iuris autores non abhorruisse legamus. Sic enim de his ipsis apud Ciceronē Crassus quoque loquitur. Eadem, inquit, sunt elata primum à pluribus: deinde paucis commutatis uerbis etiam ab istis scriptoribus scripta sunt sæpius. Quæ cum ita habeant, atq; hæc potissima causa sit quæ nobis tam infinitū com-  
menta

mentariorum numerū peperit, eoque ipso ius tam uagum  
dubiumque reddiderit, non immerito quidā hac aetate iure  
consultus celeberrimus, quicquā certō in hac iam discipli-  
na asserere, superuacaneum pariter et inceptum existima-  
re se profitetur. Itaque ego de isto scriptorum genere fre-  
quenter illud Antonij dicere soleo, quod de philosophis  
ipse loquitur: Ad extremum, inquit, ipsi se cōpungunt suis  
acuminibus, et multa querendo, reperiunt non modo ea  
quae iam non possunt ipsi dissoluere, sed etiā quibus ante  
exorsa, et potius dextera prope retexantur. Quamquam  
ista omnia non in ea quidē hic à me sententiā dispiciatur,  
ut pro more tēporū nostrorū, quo uulgō superiores illos  
sanequam temerē incepsimus, studeā cuiquam detrahere:  
neque enim ita ingenū fert meū, neque sic institutus sum, ut  
qui aliorum industriā semper admirari, et digna si uide-  
retur potius imitari, nunquā autem calumniari consueui:  
sed quia hoc in questione uersabatur, quibus maximē cau-  
sis ista iuris difficultas et obscuritas accidisset, id quod  
res erat scilicet dicendum fuit. Remittemus illis gloriam  
suā quantā meruere, nec magna tamen eosdē, opinor, iniu-  
ria afficiemus, si nullam penitus eos cōpendij Methodiue  
hoc est, artis in commentando rationē habuisse asseuere  
mus, cum tamen et illud interea ex eo secutū esse uideam-  
us, ut et Methodus ipsa in hac iam disciplina omnino  
desperata sit, et ius civile deinceps infinitum, nec ullo  
unquā tēpore perdiscendū censeatur: uidelicet quum illud  
non iam ex suo, quod quidē ut magnum, ita non maximū  
tamen est, corpore, sed istorum tot interpretum pallijs  
existimetur. Atqui hoc nimirum ipsum fuit quod animus  
impera

Imperatori Iustiniāno iam tum praesagiebat, quum iuris  
compendium moliretur, fore ut quamprimū aliquid inge-  
nijs hominum in eo cōcederetur, iam finis amplius nullus  
esset futurus, sed eodem res omnino relaberetur quo suo  
tempore constitisset. quare his uerbis edixit. Interpreta-  
tiones (imō magis peruersiones) eos tractare non concedi-  
mus, ne uerbofinitas eorum aliquot legibus nostris asserat  
ex confusione dedecus: quod in antiquis cōmentatoribus  
factum est, qui opus moderatē confectum, huc atque illuc  
in diuersis sententias producentes, in infinitum distrahe-  
runt, ut pensē omnē Romanam sanctionem confusam esse  
cerneres. Atque utinam quod ille cetera quidem summus  
imperator, obtinere non potuit, neque satis cauere, saltem  
hoc seculo aliquando contingat, ut et immensa illa infi-  
nitaque uoluminum copia, diligenti iudicio repurgaretur:  
adque necessarium numerum redigeretur, et posteris suis  
etiā modus statueretur: futurū enim proculdubio erat, ut  
quē nunc inter tot opinionū dissensionūque fluctus, diffi-  
cillimē retinemus uerum iuris intellectū, posthac et cer-  
tum, et perspicuū, et facilem essemus perpetuū habitu-  
ri. In qua quidē re, Clarissime MATTHIA, quum alter  
ipse huius aetatis apud Opti. Max. IMPE. CAROLVM,  
Tribonianus existas, et pro summa eruditione prudenti-  
a; tua, et excellenti magistratus tui autoritate, tantū  
praestare possis, quantum alius ferē nemo, nihil neque me-  
morabilius, neque Reipub. utilius unquā factururus es, quam  
si eidem uerē Augusto, confectis aliquando summis atque  
grauissimis istis negocijs, quibus expediendis iam diu felici-  
ter incumbit, hinc quidem in debellandis Barbaris Chri-  
stiani

stiani nominis hostibus, illinc autē in cōponendis religio-  
nis nostrae disidijs, rerumq; omnium pace atq; tranquillita-  
te constituenda, huius quoq; instituti, tāquam colophonē  
aliquem ceteris illius immortalibus rebus gestis imponē-  
di, auctor hortatorq; extiteris. Etenim, utcumq; praeclearae  
sint ille & illustres, nihilo tamen erit inferior ea quam  
ex una ista restitutione consecutus est gloria: imo certē  
hoc celebrior atq; etiā diuturnior, quod ceterarum quidē  
rerum gloria cū alijs imperatoribus nō minus paucis, cō-  
munis illi est, haec autem ipsius propemodum solius tota  
ac priora futura. Quantum enim censeri deniq; istud po-  
test, rerū humanarū potissima saluberrimaq; illa, ius ui-  
delicet & aequum, tantum non ab internicione uindicāre,  
totiusq; orbis Christiani leges, haecenus pro cuiusuis uel  
arbitrio uel ingenio indignis modis iactatas, tandem fir-  
mare atq; stabilire? Quod dum nobis expectandum est,  
utinam & isti qui suam interea nobis operam publicē  
commodare student, in id potissimum incumbant, ut quan-  
tum ingenio & cogitatione possunt, illam in hac discipli-  
na iam inde ab initio desideratam, iam uerō prope etiam  
desperatā artem atq; Methodum, aliquando nobis inue-  
niat & proponant. Ego sanē in ea sum sententia, ut  
nusquam uel dignius, uel laudabilius, uel splendidius omni-  
no labores suos quēquam collocaturū censeam. Illa enim  
uulgaris commentandi ratio quid tandem habet admira-  
bile? quasi uerō perarduum hoc ualdeq; sit operosum ho-  
mini ingenioso, & ad scribendum uel mediocriter excrci-  
tato, horumq; studiorum nō rudi, post tot autores bonos  
& malos, ueteres & recētes, quod ipse quoq; cōmentetur  
inuenire

inuenire, & ( ut ille loquitur ) quae sunt in iure, uel acutē  
describere, uel ornatē illustrare posse? Nam quod pleriq;  
arbitrantur, quia sit immēsum ius latissimeq; pateat, &  
ex locis tēporibusq; non raro etiamnum immutetur, ulla  
certa ratione cōprehendi non posse, satius erat cōtra sta-  
tuere: ut quia res singulae innumerabiles essent, nec inge-  
nio hominis ullius cōprehendi possent, tanto anxius ea  
inuestigaretur ratio quae possent. Quid ipsa medicina,  
qua nulla ars ( teste Plinio ) neq; est inconstantior, neq; sa-  
pius mutatur, an non latissima est? & tamē extitit qui eā  
suis terminis circūscriberet, certaq; Methodo diffiniret.  
Neq; nobis hodie desunt in hac disciplina, quae praestare  
idem possent ingenia, modo uellent & anniteretur. Quid  
enim cum Zasii, Alciati, Cantiuncule, Zuicemi, Summo-  
rum hominum atq; clarissimorum, tum illis supparium,  
uidelicet eorum qui & ipsi ceterarum quoq; bonarum  
artiū non expertes, & in grammaticam sese atq; dialecti-  
cā, literasq; antiquiores & altiores penetrauerunt ( quod  
de Labeone Antistitio scribit A. Gellius ) & his omnibus  
etiam loquendi elegantiam ( quod de Seruio M. Cicero )  
adiunxerunt: quid horum, inquam, industria nobis efficere  
non possit? Equidem cum ipso quidem Zasio, uiro cum  
omni doctrinarum genere, tum hoc iure ciuili absolutissi-  
mo, praecptoreq; optimē de me merito, quum illum su-  
prioribus annis audirem, memini me sanē quā crebro  
hanc eandem sententiam tractare, qui mihi ita tum sen-  
tire uidebatur, ut non negaret arte Methodica ius &  
leuius & certius constitui posse, sed tamen illud & diffi-  
cillima & cuiusdam ferē inanis, neq; satis ad solidū iuris  
ipsius

ipsius usum sufficientis opere futurum esse diceret. Verum ita se propemodum res habet, discendi quæ in uniuersum duæ sunt uicæ: una quidem certa & legitima, quæ nos neq; aberrare, neq; cõpitis illis subsidere patitur, sed ad ipsam scientiã rectã perducit: altera uerò uaga diuersaq; quæ ad illud quasi quoddã diuersorum doctorũ, ex ista priori ueluti longa peregrinatione reuerforũ, à quibus de singulis fida quadã (ut uulgi modo dicam) relatione edoceamur, peruenimus: quandoquidẽ priorẽ illam planẽ defertã atq; uastam, nullisq; uel orbitis uel uestigijs notatã ac tritam, hanc uerò postremã usurpatam ferẽ solam, nimisq; uulgatã uident, malunt homines sapientissimi in eo indulgere aliquid cõmunibus iudicijs, & inueteratã iam cõsuetudini, quã nouis atq; insolitis introducẽdis, dubiã neq; perinde omnibus in cõmune profuturam operã consumere, quum & tritum illud non ignorent τὸ κοινὸν εἶναι κείμενον ὃ κινητικὸν εἶναι. & istam posteriõrẽ quoq; uia, ad ipsum rerũ usum priore nõ admodũ inferiorẽ esse, uel Galeni autoritate, ducãt: qui de his qui κατὰ λόγον ὀρθῶν contenti sunt discere, in hunc modum scribit: ὡς εἰκότως ἐρησῆαι τοῖς παλαιοῖς, ὡς εἰς μὲν τὰς πράξεις οὐδὲν ἐπιστήμῃ ἀποδείπεται, sed tamen idem addit, τὸ νόμιμον δ' αὐτῶν καὶ βίβασον οὐ πρόσθεν. Quãquã fortassis etiã inde aliquid moueri possunt. Primũ, quòd quã gratum hoc nostri ordinis hominibus sit futurũ, facìle animaduertunt: quibus plerisq; uel hodie stomachũ nõ mediocriter me hercle uidemus cõmoueri, sicubi quis uel iocosius & olim certius faciliusq; reddi potuissẽ, nec nunc quoq; nõ posse assueueret: deinde & etiã si nõ omninò ingrati hoc sit futurum,

uix ta

nix tamen paucissimus quisque ad istam se magis quã ad ueterem studiorum rationem exercitaturus est: non aliter quã ad Galeni Methodum medici. Ea enim nunc sunt tempora, eaq; hominum studia, ut plerique non modo meliorem discendi rationem, aut Methodum ullam, sed ne artem quidem ipsam magnopere uel curemus, uel expetamus. Cuius adeo rei cause, quoniam uti uerã, ita odiose quoque sunt, malo & ipsas Galeni uerbis potius quã meis hic persequi. Is igitur, ἐν τῷ λόγῳ, ὅτι ἄριστος ἰατρικῆς φιλοσοφίας ita scribit, ἀλλ' ὅτι ἐνδ' ἡμεῶν πολλοὶ ἀρετῆς τιμιώτερον ἰποθέμενον, καὶ τὴν τέχνην οὐκ ἐνεργίως ἀνθρώπων ἐνεκῶν, ἀλλ' ἔχρηματισμοῦ μαθόντα τὰ τέλεις τῶν κατ' αὐτὴν ἐφείεσθαι. φθάσσει γὰρ ἕτεροι πλοσθήσαι, πρὶν ἡμᾶς ἰδὴ τὸ τέλος αὐτῶν ἐξικεῖσθαι. Et idem in β. θεία. κηδ' ἐν ἀλήθειαν προσέχοντες, ἀλλὰ τὸ δόξαν μόνον, διδοῦναι γὰρ δὴ πῶς καὶ σὺ σαφῶς, ὡς οὐδὲ πέντε ἔτις πᾶσι ἀνθρώποις ἐνετύχον μερ εἶναι μάλλον ἢ φαίνεσθαι σοφοῖς ὀρεγομένοις. Hoc est breuiter, non artis ipsius absolutionem, sed commoda solum & gloriam inquirimus atque ueniamur, ut hodie uerissimum sit illud Quintiliani, Difficultatis patrocina præteximus segnitia, neque nobis operis amor est, neq; quia sit honesta & rerum pulcherrima ciuilibus sapientia petitur ipsa, sed ad uilem usum & sordidum lucrum accingimur. Ceterum utcumq; se habent peruersa hominum iudicia, quin tamen is sit certissimus discendi modus, qui non contentus opinionibus præiudicatis hæreret, cauis atque rationibus ipsis innititur, nemo unquam, opinor, in dubium uocauit. rationes autem ipsæ cum doctrinis potissimũ Topicis inuestigari, tum ipsdem solis uere

B

ne sint



ne sint an falsa, quatenusq; admittēda, dijudicari etiam  
 possunt. Quamobrē ut ad priora reuertar, illorum mihi  
 cumprimis semper probatū fuit studiū atq; institutum,  
 qui hanc iuris cognitionē nō uago quodā sed quā con-  
 stantissimo tractatu prosequētes, locis certis & ex arte  
 repetitis includere tradereq; elaborarūt. nanq; ij demū  
 huius scientiæ facilitatē certitudinēq; quæsiisse uideri  
 possunt. Quo quidē in numero quū hunc STEPHA-  
 NV M Phedericum, singulari tum iudicio, tum diligētia  
 uersatum, iniuria uero temporū nō tam neglectū quā  
 ignoratum iam propē uiderē, autor sui Typographo,  
 quō cundē cōmunibus iuris studiosorū usibus cōmodisq;  
 restitueret. Cū enim omnis legū intellectus in eo confi-  
 stat, quōd ipsum legis præscriptum uel angustius, uel la-  
 tius, uel diuersius, uel demq; obscurius cōtinere uidetur,  
 quē deinde aut ampliando, aut restringēdo, aut cōcilian-  
 do, aut interpretando cōsequimur: quandoquidē singulas  
 eas partes diligētē & doctē Stephanus hic explicat, ut  
 cōfido planē studiosos omnes ex eo & maximum operæ  
 pretium facturos, & aliquē Methodicæ doctrinæ, quā  
 ille his cōmentarijs licet nō præstiterit, certē tamē quo-  
 dāmodo affectauit, gustū hauriētes, quantō præstet ex-  
 actis atq; solidis, quā uagis & incertis institutionibus  
 imbui nitiq; facile intellecturos esse. Ad te autem, M A-  
 T H I A uir excellētissime, hæc nō quasi noua, aut tui no-  
 minis amplitudine satis digna, mitto, sed ut aliquo saltē  
 argumēto mei erga te animi obseruantia tibi probarem  
 testarerq; cui me tantū, ut nemini magis, cupio esse cō-  
 mendatum. Bene uale. Francofurti, Calend. Sextilis,  
 Anno M. D. XXXV.

TRACTATA  
 TVS DE INTERPRETATIONE  
 legum, editus per clarissimum utriusq; iuris  
 interpretem DN. STEPHANVM  
 de Phedericis Brixiensem.

## PRÆFATIO.

**I**NTER multa præclara atque saluta-  
 ria infirmitatis nostræ remedia, siue di-  
 uino munere collata, siue humano stu-  
 dio & labore inuenta, nihil profectō est  
 uirtute utilius, nihil melius, nihil ad bene  
 beateq; uiuendum accommodatius. Hæc nanque compo-  
 nit mores, uitam ordinat, & ut pulchrē à CICERONE  
 dictum est, nihil potest illi summo Deo, qui hunc mundū  
 regit, gratius, nihil acceptius esse, quā cætus & cōuen-  
 tus hominum iure & beneuolentiā sociati. Inter omnes  
 autem uirtutes, quæ ad conciliandā obseruandamq; hanc  
 inter se beneuolentiā & societatem aptæ sunt, nulla di-  
 gnior uideri solet, quā illa quam Iustitiā appellamus:  
 cuius id præcipuum munus est atq; officiū, ut quod suum  
 unicuiq; tribuens, ab eo quod alienum est, & mentem &  
 manum abstinere præcipiat. Quid enim præclarius, quā  
 hominibus unum in locum ad civilem uitam congregatis  
 potest esse cōmodius, quā cum haberi, qui iustē, sanctē,  
 integrē, innocenter, & æquali lance præsideat, qui iniu-  
 rias

rius arceat, discordias tollat, contumelias prohibeat, scelerata & peccata debita seueritate compefcant, qui denique pro meritorum diuerfitate & bonis praemia, & malis iufta supplicia inferat? Quae omnia ex ipfa Iuftitia, cuius tantam uim & tantam commoditatem effe experimur, ut non aqua, non igne, non hoc quo fpiramus aere magis quam ipfa egcamus: ficut enim illa ad uitam naturalem, ita haec ad ciuilem uitam fummè nobis effe neceffaria. Etenim fine hac regna, prouinciae, nationes, regiones, magna dicuntur effe latrocinia, ut à gentili poeta decantatum eff:

Ouidius lib. I.  
Metamorph.

Viuitur ex rapto, non hofpes ab hofpite tutus,

Non focer à genero, fratrum quoque gratia rara eff.

Qua de caufa leges ipse ex ui & iuftitia ipfius facultate in medium, ad cohibenda hominum flagitia rapinasq; à fummis & fapientiffimis uiris prolatae funt, ut & uniuersum quodque delictum certa & praefcripta poena afficeretur: & fi cuius bona uel ui uel circumfcriptione raperentur, in proprium ius uendicaretur. Quid enim homini congruentius, quid multitudinè gratius, quam opem ferre oppreffis, afflictof releuare, liberare à periculis, iniurias coercere? & quid fructuofius, quam quod confultoris officium eff, fua ope, fuoque labore homines incertos certos efficere, confilij inopes compotes facere, & ne res iniuftas aut iniquas impune tractent, admonere. Quibus ex rebus complures legum interpretes multis uarijsq; laboribus pro fuo quifque ingenio, iura illustrare & declarare enixi funt, tum noua, tum uetera corrigentes, adeo ut infinitos penè codices adiderint, eandemque quaestiones uelut

uelut emergentes non modo diuerfis, fed contrarijs fenfibus diffinierint, ut quod ab eis traditum fit, non modo difficile, fed perceptu impofibile iudicatum fit, quid uero tenendum aut iudicandum, incertiffimum & obfcuriffimum: ut iudicantibus non certa lex, fed contrariarum legum electio data effe uideatur: quae quidem uarietas confufa, quae rerum multitudo nonnullos doctiffimos uiros, ut huic rei succurrerent, compulfit. Alij nanque breui & compendiofo fermone complexi funt, ut inuentis diffinitisque cafibus, fuis ( ut ita appellant ) Summus non parum adiumenti praefiterint. Plerique non fatis id arbitantes, quaedam ( ut aiunt ) Repertoria confcripferunt, in quibus quifque de quaque re, & in quo loco fcripta funt, fecundum Alphabeti ordinem recenfentes, copiofe perstrinxerunt, quod ( licet memoriae fatis per hunc modum fuccursum fit, ) intellectui tamen noftro, qui diffiniendis caufis magis neceffarius eff, nullam opem hucusq; praefitiffe reperimus. Nos uero quae ab alijs non uifa, uel oblita, feu neglecta fuerunt, decruimus per quasdam regulas componere, in quibus quantum utilitatis his, quos haec fcientia delectat, attulerimus, aliorum fit iudicium. Rogamus autem ne quisquam huic noftro labori fuccenfeat aut detrahat, neminem enim ad legendum compellimus, fed quibus placuerit, aliquid utilitatis noftro labore afferre ftudemus. Quod fi minus forfitan confequi poterimus, fatis id erit nobis hunc laborem impendiffe. Nam ut PLINII eff fententia: Magnarum reru etiam fi fucceffus abfuerit, honeftus femper fuit ipfe cognatus. Nam effi non ignorarem, quam arduum, quamque difficile fit

leges interpretari, & orationi breui, & nunquam dubia lucidos sensus asserre, uerborum uim apertius enucleare: uolui tamen pro uiribus in medium asserre, ne, quia (ut dicebat PLATO) ad uiuandos mortales nati sumus, humanitati iniuriam uiderer asserre.

## D I U I S I O T R A C T A T V S .

**H**ic Tractatus de Legum interpretatione in quatuor principales partes diuiditur.

**P** R I M A, quando plus aut minus intellectum est quam scriptum. **S** E C U N D A, quando leges inuicem uidentur esse contrariae. **T** E R T I A, quando uerba legis sunt ambigua. **Q** U A R T A, quando conuersione lege diffinita esse non reperitur, tamen à similitudine alicuius legis diffiniri posse uidetur. Prima subdiuiditur in duo membra: Primum, quando plus intellectum. Secundum, quando minus. Plus autem intellectum concludimus ex Definitione, ex Partibus, à Genere, à Proprio, à Legis praesumptione, à Principio siue Origine, à Fine siue ab Effectu, à Preparatis, ab Accessorijs, ab Antecedentibus, à Consequentibus, à Subrogatis, ab Ordinatis, ab Unitis, ab Adiunctis, à Parificatis, à Correlatiuis, à Contrarijs, ab Interpretatis per subauditionem, uel repetitis per aliam legem. Minus autem intellectum triplici ratione: scilicet per aliam legem, per adiuncta ipsius legis, & per mentem legis. Haec autem mens colligitur ex Natura uocabuli, ex Consuetudine loquendi, ex Natura rei siue

siue actus, ex legis praesumptione, ex inopinata causa, ex comparatione expressorum, ex defectu cause siue rationis, ex contrario sine, ex paritate, & ex ratione naturali.

Secunda pars principalis, quando leges dicuntur inuicem repugnare, subdiuiditur in plura membra: Primum, quando statutum praecise consonat legi anteriori. Secundum, quando praecise est contrarium. Tertium, quando plus aut minus adiungit aut diminuit, aut immutat, siue subrogat, quam in lege fit: quod contingit cum loquitur, aut uerbis generalibus, aut indefinitis. Quartum membrum est, quae lex alteri deroget uel derogetur. Quintum, multipliciter una lex alteram corrigit, aut sine clausula non obstante, aut à contrario sensu, aut per uerba taxatiua uel exceptiua, aut per uerba similitudinis, aut per nouam formam, aut per eandem uel maiorem rationem. Tertia questio principalis, quando uerba sunt ambigua, subdiuiditur in duas particulas. Prima quibus argumentis consequimur mentem legislatoris. Secunda, quibus propriam uerborum significationem. Quarta, questio principalis subdiuiditur in plures particulas. Prima, quando ab identitate rationis. Secunda, quando à paritate uel maioriore rationis. Tertia, quando à similitudine. Item primo quando fit extensio ad legem secundum ius naturale. Secundo, quando à lege quae contra ius naturale. Tertio, quando à lege quae secundum ius civile. Quarto, quando contra ius civile aut praetorium, siue odiosum, siue fauorabile,

**E**videntialia. **R**efertur summi causarum Oratores quadrupli-  
cem in iudicio questionem incidere, coniectura-  
lem scilicet, diffinitiuam, iurisdictionalem & legitimam.

**Coniecturalis**  
questio. Coniecturalis questio oritur cum facti questio inci-  
dit: ut puta, si homicidium uel furtum factum esse uel  
non esse contendatur: huius questionis quoniam ueri-  
tas per confessiones, iuramenta, attestaciones, scripturas,  
leges, praesumptiones, euidenciam rei & coniecturas in-  
uenitur, coniecturalis appellata est.

**Diffinitiuam.** Diffinitiuam qua-  
estio est, cum de nomine rei in controuersia positae ambi-  
gitur: puta, an aliquis contractus sit emptio, permuta-  
tio uel locatio: in qua tum definitione, tum diuisione,  
tum alijs locis topicis utimur, de quibus per Ciceronem  
ad Trebatium scriptum esse constat.

**Iurisdictionalis.** Iurisdictionalis  
questio est, cum factum esse conceditur siue crimen, sed  
iure an iniuria factum sit disputatur: in qua queritur  
quid iure diuino, naturali, gentium, & ciuili constitu-  
tum sit. Et uidentur esse an lex humana liget uel excu-  
set etiam in foro conscientiae. Circa quod uidentur sunt  
notabilia uerba, quae ponit Baldus in questione v. cir-  
ca medium, in uersic. post hoc sciatis. in l. cum quis. C. de  
iuris & fac. igno. & faciunt quae habentur in c. si quis  
uenerit. ubi textus signandus, extra de maio. & obediens.  
& in c. cum contingat. de iureiurando. dum reprobat  
Bartolus in .eo quod distinxit, quod prohibitio sit in  
rem, uel in personam: ut per eum in l. si quis pro eo. de  
fideiussoribus. & scribitur in l. is cui bonis. de uerborum obli-  
gat.

**Legitima.** Legitima uero questio est, cum de legum inter-  
pretatio

pretatione contenditur, quo casu tum latoris legis sen-  
tencia, tum propria uerborum significatione, tum defi-  
nitione, tum diuisione & alijs locis topicis definiendo  
inuestigatur. Haec quoque legitima quadripartita est.  
Aliquando enim nascitur controuersia inter mentem &  
uerba legis: puta, cum plus aut minus scriptum esse di-  
cimus quam sensus legislatoris fuerit. l. scire leges. cum  
glos. ff. de leg. & l. benignus. cum iuncta glo. ff. eo. & ha-  
betur in l. cum auus. ff. de conditionibus & demonstra-  
tionibus. ubi de mente testatoris & eius uerbis. c. intelli-  
gentia. & propterea. extra de uerborum significatione.  
ne. Aliquando contrarijs legibus: ut l. non est nouum.  
& l. sed & posteriores. ff. de legibus. Aliquando ex am-  
biguis uerbis. l. in ambigua. ff. eod. & c. Ioseph. extra de  
uerborum significatione. Aliquando & quarto, quando con-  
trouersia lege non est expressa, nec expressè diffinita  
reperitur, tamen ab alijs legibus per similitudinē quan-  
dam defini posse uidetur. l. non possunt. cum seq. ff. de  
legi. Et quoniam haec pars legitima legum pertinet  
obscurior uisa est, primo in ea ingenium meum exercere  
constitui: iuxta Horatii doctrinam:

Et duris crustis discas infringere dentes.

Sed quia leges diuino motu per principes & Iuriconsul-  
tos constitutas esse creditur, l. fin. C. de praescript. lon-  
temp. x. uel xx. anno. glos. in l. digna uox. C. de legi-  
bus, Deum CHRISTVM immortalem obsecro, ut eor-  
dem motu ad earum interpretationem exordiri possim,  
exemplo Theodosij, & Ioan. Andr. ut per glos. oratio-

nes. circa finem. in clement. unic. de reliq. & uenc. sanct.  
 Qui enim sine locorum Topica istius cognitione leges  
 interpretari audent, his similes esse uidentur, qui  
 absque nauis mare intrare audent, absque  
 securi ligna incidere, sine pedibus  
 ambulare, sine alis uolare, ne-  
 que pontum, neque na-  
 uigerum iter  
 agnoscunt.

# Pars Prima.



**P** R I M O dicendum  
 est, quando nascitur con-  
 trouersia inter mentem &  
 uerba legis. Ad cuius eui-  
 dentiam quedam necessa-  
 ria sunt praemittenda. Pri-  
 mo, quatuor esse ex qui-  
 bus interpretandi modus  
 accipitur, scilicet: Modus

Quatuor inter-  
 pretandi modi.

effendi, Modus intelligendi, Modus loquendi, & Modus  
 scribendi. Vide Boëtium in Perier. Bellissum, & autorem  
 modorum significandi omnino: quibus adde de acciden-  
 tibus nominis & uerbi, per quae lex potest ampliari, &  
 restringi. Quod lex ex duabus partibus constat, scri-  
 ptura seu uerbis, & mente siue intellectu. ff. de leg. l. Sci-  
 re leges. c. intelligentia. c. propterea. de uerb. sig. Sed mens  
 siue intellectus potior est, quia à sensu legis recedendum  
 non est, ut proprietates uerborum obseruetur. l. iij. C. de li-  
 beris pr. et. & c. propterea. de uerb. sig. quia non in so-  
 lijs, sed in ratione & sensu leges consistunt. j. q. j. c. Mar-  
 chion. facit lex, non figura. & l. obligationum substantia.  
 ff. de acti. & oblig. & uerba sunt nota passionum in ani-  
 mo consistentium, ut dixit Aristo. lib. j. Perier. & dicit  
 Bal. in princ. Apparatus esse quandam intellectus infir-  
 mitatem instare in ratione ubi sensum habemus. Et quod

mens

mens potior sit quam scriptura, probatur pluribus ratio-  
nibus. Primo, quia potior est finis, quam ea quae sunt ad  
finem, & uerba propter mentem significandam, non men-  
tem propter uerba natura cōcessit. l. Labeo. de supel. lega.  
fac. c. ij. requiris. extra de appel. ergo & c. Secūdo, ea quae  
per se subsistūt, potiora sunt, quam ea quae ab alio depen-  
dent. At uerba dependent à mente, non mens à uerbis. l. in  
conditionibus. ff. de condit. & demonstr. c. intelligentia.  
extra de uerb. sig. Tertio, quod perfectius est, alteri pra-  
stat: at mens perfectior est, quia multa sunt quae magis  
intelligi quam uerbis edici possunt. l. ratum. ff. de solu. l.  
quo enim tutore. §. Iulianus. ff. rem ratā hab. & quia plu-  
ra sunt negocia quam uocabula. l. natura. ff. de praescrip.  
uerb. Quarto, certa sunt potiora quam obscura & incer-  
ta: at mens certior est quam uerba, quia nec falli nec fū-  
gi potest, uerba uero possunt. l. fraus. ff. eo. & l. nō dubiū.  
C. de leg. Quinto, quia ea quae sine alio esse possunt, po-  
tiora sunt his, quae sine alio esse non possunt. At mens sine  
uerbis esse potest. l. nutu. ff. de leg. iij. non uerba sine men-  
te. l. ij. ff. de rebus dub. ergo & c. Vbi enim mentem abesse  
credimus, uerba pro nihilo habentur. l. non solum. ff. de  
actio. & oblig. Sexto, quae sunt similia melioribus, potio-  
ra sunt ijs, quae sunt similia deterioribus: at mens animae  
similis esse dicitur, uerba uero corpori. xxxvij. distinc. c.  
sedulo. Vnde illud oraculum Pauli: Litera occidit, spiritus  
uiuificat. de quo per glo. in. l. non dubium. C. de legibus.  
sensus enim nō uana nominum uocabula amplecti debet.  
l. ij. C. de cōsti. pecu. Ita uerbis praepōneda mens, sicut ue-  
rus amicus ficto. d. c. sedulo. Et indignū uidetur, quod uer-  
ba prim

Mens uerbis  
potior.

2. Corinth.

ba principum & iuriconsultorum sub regulis donati re-  
stringantur. arg. c. indignum. distinct. supra alleg. ne ma-  
gis uerborum uitia quam morum praecaueri uideantur,  
siue putentur. c. quamuis. distinct. praallegata. & leges  
magis rebus quam uerbis uideantur impositae. l. omne. C.  
commu. de leg. Secundo praemittendum, quod uerba &  
mens se inuicem habere possunt tripliciter. Aliquando  
enim uerba & mens praecise consonant, & tunc sine du-  
bio utrunq; obseruandum est. l. nominis & rei. §. ex legi-  
bus. ff. de uerb. sign. & l. ancillas. de leg. i. ibi. & uerbis uo-  
luntati accommodata est haec sententia. Aliquando inui-  
cem oppugnant, & tunc neutrum obseruandum est. l. ubi  
repugnantia. ff. de reg. iur. l. in ambiguo. de rebus dubijs.  
l. si quis in fundi uocabulo. de leg. i. Nam qui aliud dicit  
quam uult, neque id dicit quod uox sonat, quia non uult:  
neque id quod uult, quia id non loquitur. Aliquando &  
tertio, non inuicem repugnant, sed se excedunt, quia aut  
plus uel minus scriptum est quam legislator uoluerit. l.  
qui quartam. de leg. i. l. quot. §. si uerbo. de hered. instit.  
Quo casu siquidem claris argumentis & rationibus cō-  
prehendi potest, plus uel minus esse intellectum quam  
scriptum, tunc uerba legis amplianda & restringenda  
sunt quatenus mente conceptum fuit. Nam non solum  
id dicitur esse secundum legem, quod scriptum est, sed  
etiam quod est ex mente. ut dicit text. in d. l. nominis &  
rei. §. ex legibus. ff. de uerb. signific. & l. scire leges. ff. de  
legibus. l. iij. §. fin. de lib. leg. instit. de leg. pat. tut. & tit.  
sequenti. & opt. text. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis.  
Et licet quo ad uerba, quia non est expressa literarum  
figu

figura, uideamus legem ampliare & restringere, tamen quo ad mentem & sententiam, nil dicitur esse additum aut diminutum: & sic potius dicimur legem declarare, id est, mentem uerbis implicitam & occultam soluere & detegere, quam legem extēdere. l. si. C. de indict. uidui. tol. ibi: & in masculis esse sublatam. l. libertam. s. senatum. ff. de ritu nuptiarum. ibi: puto heredem quoque tutoris extraneum sententia comprehendendi. facit quod ponit Bart. in l. curatoris. C. de nego. gest. dum loquitur de extensione iurisconsulti ad casum, quando quis non sponte negocia alterius gessit, & infra à infinitis penè iuribus ostenditur. Nam qui legis mentem siue sensum declarat, nil addit. l. heredes palam. s. sed si notam. ff. de testa. l. qua ratione. s. adeo. ff. de acqu. rer. do. & l. sed si lege. s. de eo. ff. de peti. here. ibi: puto tamen ad eam mentem. Vnde dicit Bart. quod actio, que datur propter mentem legis, est directa non utilis. l. in princ. ff. uti possi. secus ubi datur ex interpretatione legis, ueluti à similitudine, uel à paritate. & idem notat Bal. in l. curatoris. C. de neg. gest. Tertio præmittendum, quod uerba duo uel plura plerumque significant unum directe & aperte alterum uero tacite per relationem siue per coniunctionem ad rem directe & aperte expressam. Directe & aperte significant prout ex cōstitutione uel cōsuetudine hominum nostris auribus sonare uidentur, ueluti cū dicimus Stichū esse seruū, intelligimus Stichum esse in seruitute. Si dicimus illū esse heredē scriptū, intelligimus hereditatē ei in testamēto esse directam, & infinita huiusmodi. Adde omnino quod dicitur in philosophia, quot modis aliquid sciatur. Item quot modis ali

dis aliqua res dicatur in alia. Et quotuplex sit relatio. Per relationē uero rei, uel coniunctionē expressē aliud significatur, cū intelligimus Stichum habere dominum, quia seruus sine domino esse nō potest. l. i. ff. de his qui sunt sui uel ali. iur. Et quia concordatiuē se habent, ideo uno posito & c. ut per gl. in c. debitū. de biga. & per Ioan. And. in c. Michaël. de filiis presbyterorū. Item intelligimus Stichū esse manumissum, quia seruus sine libertate heres à domino institui non potest. Insti. de hered. instit. in prim. & cū dicimus institutū heredē adijisse hereditatē, intelligimus testatorem esse mortuū, quia nisi post mortem testatoris hereditas adiri potest. l. qui hereditatē. ff. de acqui. here. & cū dicimus mulierē esse pregnantē, intelligimus cum uiro concubuisse. Item cū quis nobis ignē appellat, intelligimus ipsum esse calidum, urentem, leuem, & lucidum. & sic de singulis. Et cum dicitur: domum esse constructam, intelligimus fundamenta & parietes esse factos. Et cum dicimus: fidem esse obtruantā, intelligimus perfidiam nō esse committendam. & plura huiusmodi similia. Ex quibus intueri licet, quod quanquam uerba unū tantum nostris auribus sonēt, tamē aliud ultra uerba ex mente loquētis nostro intellectui præstat. Sed notandū est qd aliquando legē extēdimus per aliā legē, de qua dicitur in secūda parte principali. Aliquādo extēditur per similitudinē uel paritatē, de qua in quarta parte principali. Aliquādo ex mētē, de quibus in hac prima parte dicitur. Sed quia, ut inquit Aristoteles, quāto doctrina specialior est, tanto difficilior & nobis certior est: dicēdum est, quibus & quot argumētis siue rationibus clarē potest comprehendī

hendi plus esse intellectum in lege, quam dictum. Postea quando plus scriptum esse uideatur, quam intellectum. Vide in Topica mea in fine. Itaque notandum est, quod **Extensio legū.** aliquid dicitur esse in lege comprehensum, licet non dicatur, aut ex eo quod cōiunctū est, cū eo quod uerbis exprimitur: aut ex eo quod ei opponitur. Coniungitur ergo aliud alteri tripliciter, scilicet à definitione, à partibus, à genere. Opponitur uero per contraria, & per correlatiua. Et inter res cōiunctas primum quidem argumentum & clarius ex definitione rei colligitur, quæ in lege expressa est, quoniam nihil potest esse alicui rei tam cōiunctum, quam eius definitio: ideoq; licet ex etymologia uocabul: dicatur haberi rei proprietates. I. notionem. s. instrumentorum. & l. tugurij. ff. de uerb. signific. tamen hoc non procedit ubi etymologia repugnat definitioni: ut per Barto. & alios in l. j. ff. de testa. & in l. ij. s. appellata. si **Definitio** cert. pet. cum concord. utrobique traditis. Nam definitio **quid.** dicitur breuis rei demonstratio per oppositionē facta, qua rei amplectitur proprietates, ut inquit Bal. in l. j. in princ. & in prin. apparatus. ff. de iusti. & iur. Si dicimus stipulationem esse factam, intellectu comprehenditur alterū interrogasse, alterum respondisse. Item interrogationem inter presentes præcessisse, & responsionem incontinēti subsequutam. I. sciendum. de uerb. oblig. Insti. de fideiuss. s. si. Nam dato termino, comprehenduntur omnia substantialia & formalia ipsius termini, puta suum genus, species, proprium & differentia. d. l. sciendum. l. j. ff. de doll. j. ff. de furt. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. Secundum argumentum à partibus ipsius rei. nam lex disponēs de toto

de toto, intelligitur disponere de omnibus eius partibus, nam post definitionem nihil magis alteri coniungitur quam partes suo toto, cum nihil aliud sit totū quam eius partes. l. si quis cum totū. ff. de except. rei iudic. Vnde si statuto alicui concedatur facere testamentum, puta fitios familiaris, poterit instituire & exheredare, tutorem dare, & omnes partes testamentarias. l. j. s. lex falcidia. ff. ad leg. falc. l. ij. s. quamuis. de administr. tut. & concedere in testamento ut res immobilis alienetur sine decreto præsidis. l. prædium. C. quan. decre. opus non est. Sed notandum quod totum & pars quatuor modis accipiuntur. Primo, prout genus, diuiditur in species. Secundo, prout totum, diuiditur in suas partes semper substantiales, quo casu una parte sublata nomen suum amittit: ut domus diuiditur in fundamenta, parietes & tecta: & fundus diuiditur in proprietatem & usumfructum: & emptio in rem, consensum & quantitatem pretij. Tertio, prout diuiditur in partes quotas, quo casu una parte sublata, totum tamen subsistit: ueluti si fundus diuidatur in quatuor partes. l. locus. ff. de uerb. signific. Quarto, prout diuiditur in partes substantiales & accessorias, ueluti si domus diuidatur in partes substantiales, puta tectum, & alias res domui accedentes, puta iter, hortus, tabula affixa. l. fundi. cum seq. ff. de act. empt. Et fundus diuiditur in proprietatem & usumfructum & fructus. l. naue. cū l. seq. ff. de euct. Quinto, prout una res, diuiditur in suos modos essendi: ut tutela alia datur à lege, alia in testamēto, alia à iudice. Sexto, prout diuiditur in tempora. l. ij. ff. de procur. Similiter si lex disponit de

Totum & pars  
quot modis ac-  
cipiuntur.



genere, intelligimus dispositum esse de omni sua specie: ut est optimus text. in c. Nam concupiscentiam. extra de constit. facit. l. si quid eorum. §. interemptum. de legat. uij.

✓ Unde si cui debentur alimenta, debetur cibus, potus, uescitius et habitatio. l. legatij. de alimen. legat. et prohibita alienatione alicuius rei, intelligitur prohibita omnis species alienationis. l. alienationis uerbo. de uerb. sign. et c. j. de reb. eccl. non alien. Quando appellatione generis ueniat species, uide. l. instrumenta fundi. et l. quesitum. ff. de fundo instruc. et l. j. ff. ad leg. lul. de ui pub. Sed notandum est quod aliter se habet totum ad partes, quam se habeat genus ad speciem. Nam a toto ad partem ualet argumentum affirmatiue, ut: si domus est, ergo fundamentum et paries est, et c. si emptio est, ergo res, et consensus, et pretij conuentio est. non autem e contrario: nisi omnes partes enumerentur: non enim si paries est, domus est, nisi negatiue arguatur. A genere autem ad speciem non ualet argumentum affirmatiue, sed a specie ad suum genus ualet: ut: si contractus est, ergo conuentio est: et si mutuum est, ergo creditum est. l. j. ff. de pact. l. ij. ff. si cert. pet. Sed negatiue ualet. Item nota quod species retinet nomen sui generis, pars uero non retinet nomen sui totius. Nam si homo est, animal dicitur: paries uero, domus uocari non potest. Tertium argumentum sumitur a natura ipsius rei, de qua lex loquitur. Nam uidentur omnia expressa que sunt de natura ipsius rei, pono exemplum: hac propositio, solus princeps facit leges, hac propositio et terminus, solus, non excludit cooperantes et consultores et scriptores, pronuntiatores et similes, de qui

de quibus in l. humanum. C. de legibus. sicut dicimus, solus Dominus remittit peccata, intelligi debet tanquam principalis agens. Item cum dicitur: solus faber facit cultellum, non excludimus operationem martelli. Unde si quis tenetur uendere certam rem, tenetur promittere de euctione. l. in uenden. l. et l. pacta conuenta. ff. de contrahen. l. empt. et l. si heres testamento. ff. de act. empt. ubi bonus textus. Item si quis deduxit prescriptionem, intelligitur deluxisse expresse titulum et bonam fidem ponendo, ubi in tali prescriptione sunt necessaria, unde non poterit amplius de his uti nouis capitulis articulare. not. in c. frat. ruitatis. de testibus. ubi Panormitanus in v. col. c. fin. de prescriptionibus. Item de huiusmodi qualitatibus naturalibus et accidentalibus delicti, uide Bart. in l. is qui opem. ff. de furt. notabiliter circa medium usque ad finem Apparatus. Et si cui concedo fundum deducto usufructu, uideor pacisci, quod finito usufructu, tandem perueniat proprietatis ad dominum. l. fundus. ff. de actio. empti. fac. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. et l. adem. C. locati. et l. cum quid. ff. si cert. pet. in tit. de societate. §. illi. l. et optim. l. interdum. ff. de uerborum obligationi. l. ij. §. si quis ita. ff. de eo quod cert. loco. Item fac. opt. l. fin. C. de procurator. et melius fac. l. reflectio nis. §. fin. ff. commu. praediorum. quam uide, et not. in l. sciendum. ff. de uerborum obligat. Quartum argumentum sumitur ex praesumptione consuetudinis uel legis. nam lex et consuetudo praesumunt aliqua esse dicta. licet non sint dicta. l. unica. C. de rei uxo. actio. l. precibus. C. de impub. et alimen. substitut. l. cum acutissi-

mi. C. de fideicommiss. l. quod si nolit. s. asidua. ff. de edil. edic. in c. ij. de rescript. ubi dicitur, quod hæc clausula, si preces ueritate nitantur, intelligitur in rescripto ex mente Papæ apposita, licet non sit scripta. quanquam rescripta requirant scripturam. l. j. C. de diuers. rescrip. ex quo uidebatur non posse dici esse appositum, quia oculis legi non poterat. l. j. ff. de ijs quæ in testamento del. Hinc etiam dicimus, quod petens ius episcopale, non solū comprehendit id ius, quod continetur in iure, sed etiam quod est constitutum pacto uel consuetudine. c. auditis. de præscript. c. ult. de offic. archid. c. constitutus. de relig. do. mib. c. ibi Innocent. in fin. in c. dilectus. de capell. mo. Hinc etiam dicitur, quod accipiens feudum uel emphyteosim pro se c. filijs, si extat statutum, quod filia non succedat extante filio, quod talis inuestitura c. contra. ctus debet intelligi secundum consuetudinem c. statutum, ut filia non succedat extante masculo: ut notat Bartolus in l. Gallus. s. quidem recte. ff. de lib. c. posth. c. in. Liurifurandi. ff. de op. liber. no. in. l. libertis. C. de ope. liber. per Cin. c. Bal. Ex quibus mihi non placet opinio Bal. in l. precibus. C. de impub. dicentis: Si statutum extat quod testamenta obseruentur ad literam, nulla facta interpretatione, quod in uulgari substitutione non continebitur pupillaris, nec e contra: quia licet rescripta c. testamenta in scriptis seruentur ad literam, nec ultra aliquid possit addi. l. contra. ctus. C. de fide instrum. quia requirunt de substantia literam, tamen fit illa suppletio ex presumptione legis. d. c. dilectus. c. not. Bartol. in l. j. ff. de hæred. instit. c. expresse tenuit Bald. in l. fin. in xj. quæst.

quæst. C. de hæred. instit. Ad hoc optimè faciunt notata in l. fin. C. de edict. diui Adriani toll. Vbi dicitur illud editum non solum competere scripto expresse, sed etiam scripto ex mente testatoris, uel iuris, ut substituto tacite: quod est notandum. Tale ergo statutum debet intelligi de interpretatione friuola, quæ fit ab homine, puta à simili, uel à contrario sensu non necessario, ut plenè dicam in fine huius tractatus. Et itidem ex consuetudine quædam præsumuntur esse appositæ, quæ non sunt expressæ d. c. ij. c. d. s. asidua. c. l. sed si ædes. s. illud nobis. ff. loca. c. l. fin. C. de fideius. l. uel uniuersorum. iuncta lege præcedenti, in fin. ff. de pign. act. l. si fundus. ff. euct. c. l. excepto. C. locati. l. domini agrorum. C. de agri. c. cnsi. c. l. si prius. s. Plautius. ff. de aqua plu. arc. Quintum argumentum sumitur ab origine c. principio ipsius rei, de qua lex loquitur. Nam lex disponens de principio c. origine alicuius rei, intelligitur esse expressa etiam quo ad ea quæ exinde oriuntur naturaliter. l. fin. C. de nup. in fin. c. l. j. in princip. C. de lati. lib. toll. c. text. optimus in c. translata. extra de constitut. c. textus optimus in c. non debet. de consang. c. affin. c. textus optimus in l. in omni ferè. ff. de adoption. c. emancipat. c. ibi nota. Vnde etiam naturaliter dicimus, quod arbusta quæ pululant, sunt eius cuius erat arbor. l. obligationum ferè. s. placet. ff. de acquir. rerum dom. Vnde dicitur quod origo c. forma sui principij produciunt similes sibi effectus. l. in ratione. s. si filio. ad leg. falc. l. ex diuerso. s. j. ff. de rei uend. Ex quo sequitur, si statuto filia prohibeatur succedere, extantibus masculis, usq; ad tertium gradum, quod

similiter omnes descendentes ex ea, etiam masculi, non poterunt succedere. Ita not. in l. liberorum. ff. de verb. sign. l. maximum uirum. C. de liber. prater. Et est textus in l. qui in re mil. cum l. sequenti. ff. de re mil. Et in c. i. §. hac autem, qui feudum dare poss. col. x. Ex his etiam inferunt Doctores Can. in c. fin. de secund. nupt. quod canones disponentes super matrimonio contrarij legibus ciuilibus, corrigunt leges ciuiles, non solum quantum ad matrimonium, sed etiam quo ad ius ingenuitatis et successione: ut puta si quis natus fuerit ex matrimonio prohibito de iure ciuili, sed permissio de iure canonico, quod talis natus erit legitimus, et poterit succedere licet Cin. teneat contrarium et male, in l. si tutor. C. de interdi. matr. Hinc dicitur, quod si filia est exclusa per statum a successione patris ab intestato, intelligitur per consequentiam esse exclusa a beneficio dicendi testamentum esse nullum, uel agendi ad supplementum, uel agendi de inefficioso: quia causa et origo impendi testamentum est ius succedendi ab intestato. l. posthumus. §. i. ff. de inoff. test. l. post mortem. §. liberi. ff. de cont. tabul. l. ij. §. fin. ff. ad Tertul. l. maximum uirum. C. de liber. prate. in princip. et §. sancimus. et no. Bart. in l. Gallus. §. si quid tantum. ff. de lib. et post. h. Item infertur, quod si statum filiam excludit a successione, ut sit contenta dote, uel aliqua parte, non est necesse quod illa dos relinquatur iure et titulo institutionis: ut not. Bal. in d. l. maximum uirum. Bar. in l. Titio adeo. §. Titio. ff. de condi. et demonstr. Hinc dicitur, quod statutum contrarium iuri communi non debet interpretari secundum ius commune: si correcto iure

commu

communi quo ad principale, intelligitur etiam correctum quo ad consequentiam, illud statutum non debet concordare, nec cum principali, nec cum consequentia de iure communi, quod nota. Ex his inferunt Doctores, quod si poena sanguinis per statutum reducta est ad poenam pecuniariam, quod super ea poterit transigi: secundum legem, transigitur. C. de transact. Nam ex quo a genere poenae recessum est, intelligitur recessum esse ab omnibus quae proueniunt ab illo genere poenae. Iudiciorum enim quantitas ex genere poenae iudicatur. l. ij. ff. de publ. iudi. l. res. C. de donat. inter uir. et ux. ibi: ex poenae qualitate deducto. et l. quod ad statum. ff. de poenis. Ex his etiam inferri potest, quod damnatus de publico crimine et famoso, poterit testari, si pro tali crimine imponatur poena pecuniaria. l. is cui. ff. de testam. iunctis his quae notantur in l. istus fustium. ff. de his qui not. infam. Inde etiam dicunt Doctores: si sententia arbitrorum habeat uim et auctoritatem rerum iudicatarum quod ius oriens ex arbitramentis similiter habebit naturam iuris nascentis ex sententijs iudicum, et sic ab eis appellabitur intra decem dies. Item appellabitur ad iudicem arbitrorum, non autem fiet reductio ad iudicem partium. ita notant Bartol. et Bald. in l. ij. C. ubi et apud quos in integ. restituit. et Cano. in c. quinta uallis. de iure iurando. et confessio facta coram arbitratore, dicitur facta in iudicio. Ita Bartolus in l. non fatetur. ff. de confess. facit quod not. in l. quid ergo. de his quibus ut indign. Item inferunt Doctores, quod stante statuto quod maior xviiij. annis habeatur pro maiore, quod tunc si maior xviiij.

C 4 annis

annis ledatur, quod non competat ei restitutio. per Authent. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. secus si lex dicere, quod haberet legitimam personam sistendi in iudicio, quia tunc si lederetur, posset petere restitutionem in integrum, quia non repugnat habere legitimam personam ad contrahendum, tamen ei competit restitutio si ledatur. ita not. in l. si de momen. posses. fuerit app. l. si. C. de his qui ueni. eta. impe. & Bal. in Authent. si capti. ui. circa medium. C. de episc. & cler. per aliquos, in l. more. ff. de acquir. hered. & in l. de app. rec. & in l. lexigendi. C. de procur. Sed predictam rationem limita, ubi de origine & principio disponeretur secundum modum regularem & naturalem; secus si disponeretur per modum non naturalem, sed fictum; argument. l. cum qui. in princ. ff. de iureiurando. l. qui repudiante. ff. de inoffic. testam. l. eius qui delatorem. & ibi not. ff. de iure fisci. per Bartol. cum simil. optimus textus in l. interdum. §. qui furem. & ibi glos. & Bartol. ff. de furt. contra facit text. in Lex furioso. §. ff. de rei uendic. ubi iudex iniquè condemnans in fundo, tenetur eodem errore condemnare in fructibus.

**Ex quibus inferunt Doctores si statuto cauetur, quod contumax habeatur pro confesso & conuicto, nihilominus poterit appellare, quanquam confessus non appellat. Item si dictus contumax condemnaretur pro aliquo crimine publico, pro quo irrogatur infamia, quod talis conuictus per contumaciam non fiet infamis. ita not. in l. infamem. ff. de publi. u. per Bartol. & in l. eos. C. de fur. & per Bald. in l. quid ergo. §. poena graui. & ff. de his qui not. infam. & Bartol. in l. iustus fustium. circa finem. ff.**

eo. ti.

eo. titu. Item quanquam relatio unius hominis publici faciat plenam fidem, quo ad hoc ut credatur citatus & contumax: ut habetur in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infect. maxime per Imolam & docto. in. c. prudentiam. de offic. delega. & in. c. cum parati. (ubi tamen Hostiensis habet hoc pro duro, quod creditur nuncio uili personæ, si dicat se episcopum citasse cum episcopus neger) non tamen ut possit criminaliter puniri, secundum Ioan. Andr. Item si ex forma statuti bona delinquentis intelligerentur publicata à die commissi delicti, intelligi debet, ubi uerè constat de delicto, non ubi fide, puta per contumaciam. Vel, ut dicit decretum Mediolani, ubi princeps in literis suis nominaret aliquem criminofum, fingitur talem deliquisse. facit clem. literis. de proba. non tamen propterea ex tali delicto ita prolato debent bona intelligi publicata. l. eius qui. de iure fisci. Item si statuto cauetur, quod principalis uerè contumax non appellet, si procurator est uerè contumax, iterum principalis poterit appellare. Bart. in l. neque infantes. ff. de fideicommiss. liber. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci.

Sextum argumentum est à fine & effectu ipsius rei. Nam ubi lex prohibet aliquem effectum & finem ex mente legis, dicitur prohibitus omnis modus, per quem in fraudem legis peruenitur ad illum effectum, per quem modum lex circumueniretur, & illusoria fieret. Et ibi est eadem mens ubi & finis, & idem effectus legis. l. sed si lege. §. de ea autem. ff. de petit. hered. & pulcher textus in l. iij. §. si. ff. de liber. lega. Et ea que sunt destinata ad finem & utilitatem alicuius, cedunt illi rei. arg. l. & si

C § non

non sit. §. perueniamus. ff. de auro & argent. lega. l. c. etc. ra. §. pe. ff. de leg. 1. cum simil. Et ad positionem effectus sequitur positio cause. l. si quis. ff. de ma. testa. Vnde non effugit poenam legis, qui in fraudem legis, committit. l. non. dubium. C. de lega. nec interest an ui uel dolo legi fiat iniuria. l. si quis. ff. eo. l. libertum. §. senatum. ff. de ritu nupt. facit. l. quod dictum. ff. de pactis. Alias sequeretur leges impositas esse uerbis & non rebus, quod esse non debet. l. omne uerbum. C. commu. de lega. l. fin. C. de usufructu. Ad hoc facit optimè. l. 1. §. si quis in suo. ff. ne quid in loc. publ. l. 1. §. 1. de morte infern. l. uim facere. ff. de ui & ui arma. Ex his inferunt doctores in. c. quanquam. de usuris. lib. vj. quod illud caput loquens, quod usurarius non possit facere testamentum, nisi præstita satisfactio- ne, extenditur, quod etiam non possit facere codicillos, nec donationem causa mortis, quia faciliter eo modo dicta constitutio circumuiciri posset. pro quo facit. l. 1. §. 1. ff. de calumniato. l. Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedon. l. isti quidem. §. fin. ff. de met. caus. fact. l. filium habeo. ff. ad Ma- cedonia. tenent Paulus de Eleaz. in clem. 1. de sepul. & Alexan. in l. 1. in princi. circa medium Apparatus. ff. de uerb. obliga. quod ibi refert, & addite. §. si in Authenti. de restit. quem allegat glos. ad hoc singulariter in Au- thent. sacramentum, in uerbo, nuptijs. C. quando mulier tutel. offic. fungi posuit. Vbi quod dicitur de muliere transiente ad secunda uota, quo ad exclusionem à tu- tela filiorum, habet locum etiam in non transiente ad secunda uota, sed aliis luxuriante. Et ita fuit consultum Papiæ in muliere quæ aliis luxuriata fuerat in territo-

rio ma

rio magnificorum Dominorum de Scarampis Montis ferrati. Sed notandum quod multipliciter circumuicni- retur lex. Primo, quædo fit fructus de re ad rem. d. §. mutui. <sup>Circumuentio- nes legum.</sup> & d. l. 1. de calumniato. Secundo, de persona ad perso- nam. l. si sponsus. in principio. ff. de donat. inter uirum & uxorem. l. hac edictali. §. optimè. C. de secund. nupt. l. si per impressionem. C. quod met. caus. Tertio, de con- tractu ad contractum. c. illo nos. de pigno. & c. ad no- stram. de empti. & uendit. l. si sponsus. §. circa. ff. de dona. inter uirum & uxorem. l. codicillis. §. præstituto. de lega. ij. l. quamuis. §. si cum. & l. uir uxori. ff. ad Velleia. Adde not. per Bartolum in l. quod seruus. ff. de stipu. seru. in fine. de eo qui prohibitus est donare, habuit rem pro dere- licto, ut ad alium perueniret gratis. Quarto, de nomine ad nomen. l. ij. §. tractari. ff. ad Tertull. & l. ij. de priuile. schola. libr. xij. & l. cum qui probabilem. C. de episco. & cleri. ubi dicitur, quod presbyteri solent uocare concubi- nas, sorores, & filios nepotes: ut plene not. in. c. auaritia, de electi. lib. vj. & l. filia meæ. ff. soluto matrimonio. l. iij. §. fin. de min. Quinto, per additionem, uerbi gratia: Statutum est: mensura non uendatur ultra sex dena- rios. Tabernarius uendit unam castaneam cum di- cta mensura pro decem denarijs. l. si libertas minore, C. de iureiurando. l. eos. §. si quis. C. de usur. l. athletas. §. prætor. ff. de infamibus. Multa tamen indirectè & per consequentiam, & per accidens fieri possunt, quæ per se & directè non fierent, ut ferrum & lapi- des naue uehi per aquam, quæ absque nauì duci non potuissent: & aqua ab igne calefit, quæ per seipsam calefieri

calefieri non possit. & de materia directi & indirecti traditur aliquid in. c. tua. de procur. in antiquis. ordinarie & plenè in. c. statutum. de hered. libr. vj. Sexto, de modo ad modum. Nam prohibita disponi, non possunt poni sub conditione uel sub pœna. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obiig. l. Seius & Augerius. ff. ad legē falcid. & ibi Barto. & d. l. j. C. si pœnae nom. si. glo. in. l. pater. ff. de doli exceptione. dicens: quod uerborum sophistica non potest naturam rei immutare. Septimo, de quantitate ad quantitatem: ueluti si statuto cauetur, quod pœnae non possunt exigi, modo quis promisit centum cum hoc pacto, quod si intra annum sexaginta soluerit, intelligatur absolutus à resto. Nam uidetur illud residuum esse pœnae, non fors, posita in fraudem statuti. Et hunc modum dicit Bal. cum infinitis alijs esse excogitatum per usurarios: ut ipse notat in. l. j. C. de his quæ pœnae nom. & in. l. ij. ff. de iurciur. in repetitione, ubi plenissime de fraudibus usurariorum. Vel pone exemplum: Statuto cauetur, quod donatio non ualet super quantitatem decem ducatorum sine insinuatione: modo quidam donauit unum maximum prædium, & dixit, quod uolebat facere tot donationes quot sunt tabulae uel iugera, an ualebit? & Bart. dicit, quod non, in. l. Modestinus. ff. de dona. per. l. quemadmodum. C. de agri. & cens. Hanc tamen regulam limita. Primo, si lex esset iniqua & irrationabilis, quia tunc esset licitum & honestum legem circumuenire: ut est textus optimus & notus in. l. j. C. de cad. toll. in principio. ibi: multas inuenientibus uias, circa quod tamen addas, quod oportet legem esse rationabilem

bilem. §. erit autem lex. iij. distinc. Ex quo infert Barto. in. l. uectigalia. de publi. quod non est peccatum fraudare uectigalia instituta à principibus inferioribus, quia soli imperatori & papae reseruata sunt. l. noua uectigalia. C. ne no. uecti. ubi uide. Secundo, limita ubi ille modus non ordinaretur directe ad illum finem uel effectum, sed ad alium, licet incidenter perueniretur ad prohibitum finem. l. non omne. ff. de statu libe. l. in testamento ita. ff. de condi. & demonst. faciunt optime notata per Barto. in. l. cætera. §. sed si peruenierit. ff. de lega. j. dicentem: Si statuto cauetur quod nemo possit emere frumentum ultra usum proprium, sub certa pœna, modo aliquis credens se habitaturum in ciuitate per totum annum, emit frumenta necessaria pro toto anno: postmodum uenit casus & propositum recedendi à ciuitate post paucos dies, querebatur an iste incidisset in pœnam, quia plus emerat quam sibi erat necessarium, & dicitur quod non, quia eo proposito non emit ut legem circumueniret, sed casu fortuito contra legis uerba commissum est. Ad hoc optime facit l. cum quidem. ff. de iure fisc. l. qui autem. ff. de his qui in frau. credito. & bene congruit quod dicit Paulus iurecō. in. l. si quis eo anno. ff. de religio. & sump. fune. ubi textus notandus ad multa. Nō enim dicitur in fraudē facere, qui beneficio legis uti non uult, quia non iniuriā legi facit, qui suo iure uti uult, uel non: ut in reg. beneficium, de reg. iur. in. vj. Septimum argumentum sumitur ex antecedente preparato ad id de quo disponitur. Omnis enim ferè res suam antecedens habet, per quod ad ipsam rem ordinate peruenitur, ut uia ad fundum, per sponsalia

lia ad matrimonium, postulatione ad electionem, insul-  
tu ad percussorem. Nam cum per se sine suo inuti-  
liter persistant, rationi consonat fini suo accedere debe-  
re. Ex quo sequitur, quod ubi lex disponit re n quam-  
piam alicui pertinere, quod ad eundem pertinere debent  
cuius præambula preparatoria ex mente legis, ut est opti-  
mus textus per. c. Venerabilem. extra de electio. ibi: ad  
eum examinatio personæ pertineat, ad quem manus im-  
positio, & in. c. inter corporalia. extra de translatio. epi-  
scop. s. sicut. ibi. expressum non fuerat. de elect. & fac.  
optima lex fun. l. ff. de act. empti. l. hoc legatum. ff. de  
lega. iij. & l. Quintus. & l. cum argento. & l. luxori.  
ff. de auro & argento lega. Ad hoc optime facit. l. ad  
rem mobilem. & l. ad rem legatam. ff. de procura. Ex  
quo etiam sequitur, quod usudita simpliciter re, uidetur  
etiam uenilita seruitus eundi ad eandem rem. l. si aquædu-  
ctus. ff. de contrahenda empti. l. iij. s. qui habet. ff. de ser-  
uit. rusti. prædi. l. i. s. i. ff. si usufruct. pet. Ad hoc optime  
facit glos. in. l. cum fundum. ff. de ui & ui arma. & ibi  
Bartolus, quod licet mihi congregare homines cum ar-  
mis, ubi mihi licet de iure offe. iudere uel defendere. l. refe-  
ctionis. ff. com. præd. & l. offa. s. fin. de religio. & sumpt.  
fune. l. scientiam. s. qui cum aliter. ad legem Aquil. & l.  
qui exceptionem. de condi. indebi. Aded autem prepara-  
torium sequitur naturam sui principalis, ut si quis per  
non usum amiserit principale, amittit etiam preparato-  
rium, etiam si eo usus est: ut est textus secundum unam  
lectu. in. l. Labeo. ff. quem admo. seru. amitt. quod est pe-  
ctori figendum. Et qui non potest disponere de re, non  
potest

potest disponere de eo, per quod ordinatè peruenitur ad  
illam rem. l. si cui. ff. de aqua plu. arcend. Vbi Barto. dicit  
quod ciuitas quæ non potest cognoscere de appellatione,  
non potest statuere quod à sententijs non appelletur, ad  
quod optime facit. l. i. s. si quis in suo. ff. ne quid in loco  
publ. l. i. s. j. de mort. inferen. l. uim facit. ff. de ui & ui ar-  
ma. & l. iij. ff. si quis aliqu. testa. prohib. Per quas leges  
quidam consuluerunt, maxime Petrus de Ancha, in causa  
archiepiscopi Spaletensis contra commune Spaleti, in cō-  
filio. lxxj. quod dum quidam episcopus haberet molendi-  
num extra ciuitatem, ad quod homines illius ciuitatis cō-  
fluebant, postea dicta ciuitas edificari fecit alia molendi-  
na intra ciuitatem, & dicta ciuitas statuit, quod omnes  
ciues qui causa molendini uaderent extra ciuitatem, tene-  
rentur soluere in ingressu portæ certā mēsuram, propter  
quod omnes homines ciuitatis desinebant ire ad dictum  
molendinum episcopi, & confluebant ad molendina ciui-  
tatis, ubi non tenebantur soluere, quod tale statutum non  
ualeret, quia quemadmodum non possent disponere, quod  
molentes in molendino episcopi solueret certam mensurā,  
quia uiderentur statuere super rebus clericorum, ita non  
possent disponere, quod uenientes per uiam ad molendi-  
num, soluunt: per suprā allegata, iunctis his quæ not. in. c.  
j. in fi. de immuni. eccl. li. vj. Contrariū tamen uidebatur,  
quia poterant disponere arcendo suos subditos in suo ter-  
ritorio. l. si. ff. de decre. ab or. fac. Item licitum est cuilibet  
sibi prospicere, & suam conditionem facere meliorem, ci-  
tra & extra rem, etiam cum aliena iactura. l. proculus.  
ff. de damno infecto. Item dicimus, quod cui denegatur  
ius proban

Alii cōsilio. xi.

ius probandi, denegatur ipsa res probanda, c. sepe, extra de resti. spol. l. si de poses. C. de proba. Unde etiam prohibitus eligi, intelligitur prohibitus postulari: quia a quo remouetur finis, remouentur ea quæ sunt ad finem. in c. fin. de postul. in glo. Ad hoc facit, quod qui prohibetur alienare, prohibetur facere contractum, per quem peruenitur ad alienationem: puta compromissum & transactionem. l. j. C. si aduers. transact. Bald. in l. preses. C. de transact. & melius in l. ad resolutionem. C. de præd. minor. Item qui non potest esse in iudicio, non potest facere actum prouocatorium ad iudicium. l. de pupillo. & ibi Bart. ff. de no. ope. nunc. no. per Bart. in l. inter. ff. de bono. poss. quæ habeo pro notatu dignis, præsertim quia sunt quotidiana: ad quæ est animaduertendum. l. legau. ff. de liber. lega. Ad hoc optimè facit l. oratio. ff. de sponsalibus. l. si quis tutor. §. quamuis. ff. de ritu nupt. quod prohibitus contrahere matrimonium, intelligitur prohibitus cōtrahere sponsalia. Sed huic obstare uidetur, quod quidam prohibentur contrahere matrimonium, qui tamen non prohibentur contrahere sponsalia. c. j. de sponsalibus impub. cum similibus. & in l. si quis officium. ff. de ritu nupt. l. solet. §. quæ uirum. ff. de his qui not. infra. Respondeatur quod illud ideo permissum, quia speratur de habilitate, & ita perueniat ad suum finem: secus si non speretur quod perueniret ad finem, scilicet ad matrimonium, ut in dictis locis notatur, maximè in d. c. solet. & sic matrimonium magis differtur quàm aufertur. Sed si queratur an priuilegium concessum marito uel uxori intelligatur etiam concessum sponso uel sponsæ, potius esset

legem

legem extendere ad similem casum siue parem, quàm legem secundum mentem declarare. l. si sponsa. ff. de iure do. l. assiduus. in fi. ff. qui po. in pig. hab. & l. nisi. C. de bono. mat. c. quemadmodum. extra de iureiur. Octauum argumentum, comprehendit plus esse, uel intellectum esse, quàm scriptum, colligitur ex accessorio eius, de quo in lege uerbis expressum est. Nam cum accessorium sine principali non existat, siue subsistat, naturale est, quod prohibito siue concessio principali, intelligatur prohibitum siue concessum eius accessorium: ut in regula. cum principali. de reg. iur. & in reg. accessorium. de reg. iur. in vj. & in l. non dubium. ff. de legib. & optimus text. in l. ij. C. per quas person. nobis acq. Item quemadmodum aliud datur principali, intelligitur datum accessorio. Instit. qui tut. da. pos. §. certæ rei. Sed notandum est quod aliquid esse accessorium uel principale potest intelligi multipliciter. Primo, ut est principium & origo ad ea quæ exinde oriuntur, tunc sublato uel mutato principali, mutatur & tollitur omne nascens ex eo, de quo dictum est supra in quarto argumento. Secundo modo, prout sunt preparatoria ad suum finem, de quo supra proximo argumento dictum est. Tertio, prout sunt species accessorie ad partes substantiales, de quo dixi in tertio argumento, ut est sella ad equum: ut l. ædiles. ff. de edil. edic. & gēma ad anulum. l. & si nō sint. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. lega. Quarto, prout una res accumulatur alteri ad eundem finem: ut l. si stipul. ff. de usu. l. sed si. ff. de acceptila. & de hoc dicetur infra, argumento. xj. l. solent. & l. quesitum. ff. de tute. Quinto, prout una res incidit in

D

aliam

Aliquid esse accessorium uel principale, quos modis intelligatur.



aliam principalem: puta, si filius defuncti agat petitione hereditatis contra detinentem hereditate, reus excipit quod non est filius, uel quod sit seruus, uel legitime exheredatus, uel spurius, uel alioqui incapax. de qua materia not. in l. j. C. de or. iud. & in l. iij. ff. de prauaric. c. j. de ord. iud. & tunc illi conceditur cognitio cause incidentis, etiam si sit talis, quæ principaliter cognosci non potuisset: quia principale trahit ad se accessorium. l. quoties. C. de iudi. & ibi not. l. interdum. §. qui furent. ff. de furt. cum similibus. c. tua. extra de or. cog. fac. l. quædã. & ibi no. ff. de acq. rerum do. An legato nomine debitoris uideatur legata actio hypothecaria, uide Bart. in l. si hæres. ff. ad Treb. & l. hæres à debitore. ff. de fideiuss. Amplius, quæstio incidens debet cognosci summarie, si summarie cognitio incidit, licet de natura sua deberet cognosci plenarie. c. de dispendiosum. de iud. quia pars debet conuenire suo toti. arg. l. eum qui ædes. ff. de usuca. & optimus tex. & ibi Bal. in l. si quando. C. de testi. in prin. & hoc tam quo ad processum, quam etiam ad modum probandi. Nisi causa principalis in odium alicuius cognosceretur summarie contra formam & regulas iuris communis: tunc licet in causa principali sufficerent non legitimæ probationes & fama tantum, uel iuramentum aduersæ partis, uel admitterentur testes inhabiles, puta inimici, infames &c. tamen in causa incidenti requirentur probationes legitimæ: ut no. in l. si. C. unde ui. & in c. fi. extra, quod met. cau. & Bar. in l. quæstionibus. ff. ad leg. Iuliam maiest. & in l. solent. in fi. ff. de alim. le. per. l. cū hi. §. si uni. & §. si non minus. in fi. ff. de transact. fac. opt. l. quod

quod uerò contra. ff. de legibus. Sexto, prout una res sequitur aliam rem ut principalem, ut est dos ad matrimonium, legatum ad hereditatis aditionem, bona externa ad personam, fideiussor ad principalem debitorem, hypotheca ad principalem obligationem: tunc sine dubio accessorium non potest oriri siue constitui, nisi prius constituto principali. Vnde prohibito principali prohibetur & accessorium. l. qui contra. C. de incest. nup. l. cum. l. ff. de fideiuss. l. j. in fi. ff. de uulg. & pup. substit. Instit. de lega. §. ante omnia. d. l. non dubium. cū similibus. l. ij. C. per quas perso. acqui. Item fructus separati ad fundum: unde prescripto fundo non potest conueniri de fructibus. l. eos in prin. C. de usur. l. cum quærebatur. in fi. C. unde ui. Bal. in l. terminato. in prin. C. de fruct. & lit. exp. facit opt. tex. in l. ex diuerso. §. j. ff. de rei uend. An autem facta cessione contra principalem uideatur cessum ius contra fideiussorem & pignora: uide Bart. quod sic. in l. si hæres pœnã. ff. ad Treb. per. l. si insolutum. C. de act. & obl. Item dote constituta marito licet quo ad uxorem intelligatur donatio, tamen non requiritur insinuatio, ut est text. & ibi Bart. in l. cum quidam. C. de iure dot. Singulariter facit l. ij. ff. de tuto. non obstat. c. cum contingat. de iureiur. cum similibus: quia iuramentum est potius accumulatum quam accessorium, de quo infra in argumento. xij. Itē illud ex autoritate maioris legis, propter maius unculum, cum sint præponenda bona animæ omnibus bonis corporis, ut ibidem notatur. Nam magis dignum trahit ad se minus dignum. l. cum prætor. de iudic. & Insti. de rerum diuis. §. si quis in aliena. c. quod in dubijs. de

consecr. eccl. uel alta. & l. precipimus. uer. sane. in fi. C. de appel. Sed dubium est postea quam principale ortum est. & postea auferatur, an sit sublatum eius accessorium: & regulariter intelligitur rem sublatam, per leges supra allegatas. Hoc tamen singulariter fallit, ubi accessorium excederet suum principale, ueluti si per insultum imponatur maior poena, quam pro uulnere, si insultando uulnerans punitus sit, de uulnere, tamen poterit puniri de insultu in eo quo exceditur poena insultus. ita singulariter dixit Bal. in l. nunquam plura. de pri. delict. in. iiii. col. per l. haeres a debitore. §. quod si seruus. ff. de fideius. & l. de bitor. ff. de separa. Item adde ea quae dixit Bart. in l. j. de uulg. & pup. in quest. An uulgaris contenta in pupillari ualeat ultra tempora pubertatis. & ad praedicta Bal. in l. j. in. ij. col. in uerbo, Quero testator legauit mihi nome. & eundem Bald. per tex. ibi. l. si is. C. de praed. muno. Sed quia non est nostri propositi, scilicet ad amplianda uerba legis, ideo omitto eius ualeritias. Septimo, prout tacitum continetur sub expresso: ut l. ij. ff. de uulg. & pup. subst. & ibi Bar. uide in regula, tacitum. Illud quoque praeter eundem non est, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, non propriam: ex quo sequitur, quod quamquam minor non possit alienare bona immobilia sine decreto iudicis & tutoris, ut in ti. de praed. mino. l. j. & seq. tamen si ingreditur monasterium, intelliguntur omnia bona sua absque aliquo decreto uel autoritate translata in monasterium. c. in praesentia. extra de prob. no. in Authen. ingresi. & Authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. fac. l. ij. C. si pend. app. & l. j. & l. quod dicitur. ff. de auto. tu.

Item

Item sequitur quod contractus in quo pactum apponitur praeter eius naturam, non tamen contractus transit in alium contractum, sed remanet in suo nomine. l. j. §. si rem. & seq. ff. de po. Item sequitur, quod ubi lex requirit quod aliquod principale probetur per scripturam, quod accidentia uel accessoria poterunt probari per testes: iuxta not. in l. fin. C. de edict. diui Adri. toll. principale debet ostendi in scriptis, scilicet testamentum: tamen aditio hereditatis potest probari per testes, quod est notandum. Circa hoc tamen uide tex. in Authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl. Item sequitur quod iudex potest dare tutorem pupillo sibi subdito, licet bona sint extra territorium. l. propter lite. ff. de excus. tut. & similiter iudex potest dare curatorem adulto sibi non subdito, si bona sint in suo territorio. Et iudex si interdicit administrationem prodigo, extenditur etiam ad bona extra territorium. l. nisi forte. ff. de castren. pec. Ex quibus etiam inferri potest, quod iudex litis possit dare curatorem specialem minori ad litem, licet non subdito. c. si annum. §. j. de iud. lib. vj. Sed principale non recipit naturam a suo accessorio. l. ex pupillari. ff. de uulg. & pup. & l. petens. ubi Bart. & l. si pacto quo poenam. C. de pac. l. quod principi. & l. Augustae. de legat. ij. l. post legatum. §. qui principale. ff. de his quib. ut indig. & l. ij. de liber. leg. Vnde causa commissa uicario episcopi, non transit ad successorem. Ad hoc optime facit quod not. Bar. in l. fundi uenditor. ff. de acq. pos. in fi. & uide infra de subrogatione, an dispositum in principali trahatur ad accessorium. Nonum argumentum sumitur ex antecedente eius de quo in lege expresse cauetur:

D 3 nam

Accessorium, naturam sui principalis, non propriam, sequitur.

nam qui uult consequens, uult antecedens necessarium ad illud consequens: ut Instit. de hære. insti. in prin. & l. illud. ff. de acq. hær. l. si itē. ff. de serui. l. seruitutes. §. si domo. ff. de ser. rust. præd. l. quinta. & l. hoc iure. §. is qui. & l. si. ff. de aqua quoti. & astiua. & tex. optimus in l. refectio. in prin. ff. com. præd. l. si. C. ubi & apud quos. & ibi Doctores dicentes, quod qui non potest aliquē in integrum restituere, non potest declarare aliquē esse restituendum. Item cum lex dicit aliquid esse obseruandū, uideatur inuere quod detur actio & remedium, sine quo obseruari nō possit. l. statuta. de acq. rer. do. Item ubi lex prohibet executionem, intelligitur prohibere contractū obligationis & actionis. Bar. in l. cū lex. in fi. de fideiuss. & optime in l. quidam consulcbat. ff. de re iud. & glos. sing. in l. j. C. de do. promiss. quia promissio usurariū dotis facit præsumere promissionem dotis. l. j. ff. de fund. dot. facit ad hoc. l. qui in futurū. ff. de pact. l. hoc modo. ff. de cond. & demon. Vnde etiam cum lex factum irritat uel annullat, intelligitur id factū prohibere. l. prætor. §. j. ff. de ope. no. nun. & ibi no. Sed notandum est, quod multipliciter contingit esse antecedens. Antecedens multipliciter proponitur. Primo, quod tempore. Secūdo, quod loco. Tertio, quod natura habitus priuati. Item simplex duplo, pars toto. Quarto, dignitate. Eodē modo dicitur cōsequens & simil. Primo, quando duo se inuicē habēt per ordinem necessarium, ita ut cōsequens esse nō possit, nisi antecedens præcesserit: & tamen unū nō oritur ex alio, ut in præsentī loco. Secūdo, ut genus ad speciem, pars ad totum. Nam genus speciem per totū præcedit sicut simplex

plex compositum. Tertio, ut origo & principium præcedit finem, & ea quæ sequuntur ex eis, de quibus supra dictum. Quarto, ut principale ad accessoriū, de quo supra. Quinto, ut præparatoria & ea quæ sunt ad aliquē finem, præcedunt suū finem. Sexto, ut habitus ad priuationē, & in hoc loco lex disponens de uno trahetur ad aliud, non eo, quia unum præcedat alterū. sed quia paris potentie esse solent. nam ad eundē pertinet priuatio ad quē habitus. de offi. procon. l. solēt. de reg. iur. l. nihil tam natura. & l. eius est uelle. & ff. de acq. hær. l. is potest. & l. iij. de re. iud. ff. & tex. opt. in c. prudentia. §. & ceterū. extra de offi. dele. fa. l. si mihi & tibi. §. in legatis. cū infini. cōcordan. de leg. j. Vnde etiā dicitur, quod priuatio præsupponit habitū. l. decem. ff. de uerb. obl. & l. manumissionis. ff. de iust. & iu. Septimo, ut exēplar ad exēplatū. l. in testamēto. ff. de cōdi. & de. ubi dicitur, quod ubi nec est nec fuit exēplar, ibi non est nec fuit exemplū siue exēplatū. l. humanitatis. C. de impu. & alijs subst. & muta to exēplari, mutatur eius exēplatū. Nā legitima debetur parētibus in bonis filiorū, exēplo filiorū in bonis parētū. l. nā et si parētibus. de inoffi. te. Vnde aucta uel diminuta legitima filiorū, intelligitur aucta uel diminuta legitima parētū. Authē. nouissimē. C. de inoffi. te. & eodē modo legitima filiorū arrogatorū. l. si arrogator. de adop. facit opti. l. fin. C. de inof. do. & l. j. C. de inof. do. Otauo, ut subrogatū ad id ī cuius locū successit, de quo infra pxi me dicā. Nonno, ut primū ad secundū, unde si sedes, quæ cōsueuit esse prima, facta est secūda, quæ fuerat secūda esse cōstita est tertia. Decimū argumentū sumitur à cōsequenti

nam cui datur antecedens, uidetur esse concessum consequens, sine quo antecedens esse non posset. ff. de iurisd. om. iud. et ibi not. et in c. ij. extra de preca. ubi dicitur, quod cui concessum est pacem inire, uidetur ei concessum, quod possit pœnam apponere pro pace obseruanda: et cui mandatur facere compromissum, uidetur mandari apponere pœnam pro compromisso seruando. l. non distinguimus. s. de officio. ff. de arb. et not. Bar. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fa. et cui denegatur antecedens uidetur denegatum et consequens, quod sine antecedente esse non potest: ut ostendit tex. in l. Legi. ff. de except. rei iudic. Vnde etiam dicitur: cui denegatur contractus, denegatur etiam ratihabitio et confessio talis contractus. l. cū quis. et ibi Bart. C. de decur. lib. xj. facit etiam optimè. l. quidam consulebat. ff. de re iud. quod not. optimè facit. l. j. C. de bo. pe. sub. lib. x. et ibi gl. et Bar. quod cuius rei prohibetur petitio, eius non ualet concessio. Vnde si statuto aliquid prohibetur proponi in consilio, prohibetur et reformatio super eodè. Notandum etiam est, quod aliquid dicitur consequens dupliciter: sicut et principale dupliciter intelligitur. Vno modo inspecto modo nature. Verbi gratia: Verberatur filius, certe ipse filius principaliter iniuriatur, et pater per consequentiã. l. j. s. j. ff. de iniu. Secundo, inspecto intellectu finis dicitur principium. Exemplum: Mā dator et fideiussor licet ante reū intercedant, dicuntur teneri accessorie, reus principaliter: quia ad hunc finem intentio contrahentiū tendebat. Vnde etiã si fieret aliquid ad duos fines æqualiter, respectu cuiuslibet diceretur principaliter fieri. Vnde si filio fieret iniuria ab eo qui sciebat

cum

De nobis modis  
aliquid conse-  
quens dicitur.

eum esse filium. et talis etiam causa patris eum offendet. lex utriq; principaliter dat actionem iniuriarū. l. eum. s. si. et l. j. s. adeo. ff. de iniurijs. Item notandū quod dupliciter est consequens: unum, quod sequitur necessario uel probabiliter, et de isto nunc intelligitur: aliud, quod sequitur causaliter uel possibiliter, et tunc nō fiet interpretatio: arg. l. negocia. ff. de nego. gest. ubi noua negotiatio, quæ se potest habere ad lucrum uel damnum, non debet institui. Item debet intelligi de antecedente siue consequente proximo, non de remoto per multa media. arg. l. lege cœsoria. s. ij. ff. de uerb. sig. et l. ut quis. ff. de aur. et arg. lega. Ita no. dixit Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fac. Adde. l. procuratores. s. si propter incēd. ff. de tribut. qui textus est ualde notabilis ad hoc. Vndecimū argumentum sumitur à subrogatis: nam quæ disponuntur de aliqua re, intelliguntur esse disposita in re quæ in loco eius succedit et subrogatur. l. j. C. de offi. eius qui uic. alte. ge. l. si iudex. ff. de iud. l. uetus. s. si. ff. de usuf. l. non solum. s. penul. ff. de alie. iudi. mut. causa fac. l. si donare. s. j. ff. de do. inter uir. et uxo. l. si creditor. s. j. de lega. j. l. imperator. s. fin. et s. seq. de leg. ij. et l. pater inter filios. ff. de adimen. leg. l. filio. s. Titia. ff. de cond. et demon. et optimū textus in c. maiores. de baptis. Scire quoq; oportet multipliciter aliquid dici subrogatum alteri. Primo, per modum suppletionis: puta, quia actio producta certis casibus non compebat: unde suppletur alia actio in illis casibus, in quibus prima actio deficiebat. Secundo, per modum substitutionis: puta, quia aliquid introducitur in locum extincti. Tertio, per modum cumulationis: puta,

Aliquid subro-  
garū alteri quot  
modis dicatur.

D s quia

quia actioni inuenta alia actio cumulatur ad idem, et in eodem casu. Quarto, per modum prorogationis uel renouationis: puta, si tempus locationis uel compromissi prorogatur, uel finito tempore contractus, compromissi et locationis renouatur. Quinto, per modum translationis: ueluti, quando quod in uno, transfertur in aliud: uel, quod una forma consistit, in aliam formam transformatur. Et primo casu subrogatum, sapit naturam eius cui suppletur, scilicet quo ad effectum, ad quem suppletur. l. j. §. hæc actio. ff. si quis liber esse iustus fuerit. et ibi plene not. l. hæc actio. ff. si quad. pauper. fecisse dicatur. Quo autem ad alia, non sapit naturam eius: posset enim esse quod una actio esset perpetuata, alia temporalis per diuersos autores: ut in. d. §. hæc actio. Sed fallit ubi aliquid esset specialiter expressum in re subrogata, quia tunc non extenderetur ultra casum specialiter expressum: ut. d. §. hæc actio. nam in illa actione erat expressa poena dupli, ideo non habet eam naturam, quam habet actio furti, ut condemnatur in quadruplum, si deprehendatur: secundum glo. et Bar. in. d. l. j. in princ. quod est multum notandum ad plura statuta: quia suppleunt iura communia, ut non recipiant interpretationem ab ipso iure communi, in eo quod specialiter est expressum in statuto. Secundo casu similiter sapit naturam eius, in cuius locum est substitutum, in eo quo fit substitutio: ut. l. j. §. j. ij. et. iij. C. de rei uxo. act. et Insti. de acti. §. fuerat. l. aliam. ff. de noua. l. omnino. in princ. et si. C. de inoffi. testam. quod intelligitur in his que sunt de natura ipsius rei, secus in his que accedunt extrinsecus, utpote poenæ, usuræ, fideiussio. l. emptione

emptione. et. l. nouatione. de noua. l. si in pignore. ff. de fideiuss. Item grauamina que imponuntur heredi, intelliguntur repetita in substituto. l. a filio. ff. de leg. j. quod tamen intellige, nisi sit presumpcio diuersæ uoluntatis respectu personarum. arg. l. si ita. ff. de ma. test. de quo in. l. dicit imperator. ff. de lega. j. ubi textus magisterialis in hac materia. Tertio quoque casu, sapit naturam eius in eo quo subrogatur si accumulatur accessorie ex eadem causa et ad eandem rem. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Similiter intellige quo ad naturam primordiale ipsi rei cui accumulatur. l. item ueniunt. §. cum prædiximus. ff. de pe. hære. et dixit gl. et ibi Doctores in. l. certi cõdictio. in princ. ff. si cer. pet. pro quo optimè facit. l. is qui opem. et ibi Bar. ff. de fur. dicens, quod licet fur si deprehendatur, condemnatur in quadruplum, tamen præstans opem non debet condemnari in quadruplum, licet dicatur quod fur et præstans opem pari poena puniatur. Pro hoc etiã facit quod not. Bar. in. l. sanctio legum. ff. de poen. ubi dixit, quod si statuto cautur quod offendens aliquem de nocte condemnatur in duplum eius in quo condèneretur si offendisset de die. Item alio statuto, quod offendens in platea, condèneretur in duplum eius in quo fuisset condènnatus, si alio loco offendisset: Modo quidam offendit Scium de nocte, et in platea, an debeat duplicari poena cum omni qualitate. Bar. determinat, quod non: quia tantum duplicatur poena originalis, non poena loci uel noctis: per prædicta, prope finem. Quarto quoque casu sapit eius naturam: ut. l. in rebus. §. item qui precario. et. l. ite queritur. §. qui impleto. ff. locati. Sed notandum est quod aliud est prorogare,

aliud

aliud est renouare: ut l. iij. in princ. ff. de dam. infec. l. penul. §. uxor. ff. sol. ma. l. sed si manete. ff. de precario. quod notandum propter clausulas quae apponuntur in compromissis. scilicet quod possint prorogare &c. Quinto similiter casu, quod erat in uno, uidetur cum omnibus conditionibus translatum in alium. de quo in c. translato. de conftit. l. ulti. C. de legit. hered. l. omnes. C. de praescrip. xxx. ann. & optimus textus in l. in contractibus. in princ. C. de no nu. pe. Vnde infertur per doctores, quod si praescriptio xxx. ann. transfertur in x. annos, erit eiusdem naturae & qualitatis qualis erat in tempore legis si. C. de tempo. in integ. restit. & Ang. in l. sicut. C. de praescrip. xxx. ann. & gl. in Authent. hodie. C. de appellationibus. dum dicit: Tempus appellandi alteratum tenere naturam primaeu temporis. quod similiter limita. prout praedicta limitatur.

Duodecimum argumentum, comprehendendi plus esse intellectum quam dictum, est ab adiunctis. l. quaedam. ff. de acq. re. do. Quibus adde quod singulariter notatur in l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iniurijs. l. ij. ff. de rescin. uendit. l. petenda. C. de tempo. in integ. resti. pe. Bar. in l. j. ff. de ope. no. nunc. Item licet frater contra fratrem iniustus cogi non possit esse testis, tamen quando producit pro fratre, potest cogi etiam contra fratrem dicere, ut sint pares. glo. & Doctores in c. cum nuncius. & in c. frater-nitatis. de testi. & est optimus textus in c. quanto. de iud. & l. ij. in princ. ff. de leg. tuto. & ibi Bar. dicens, quod si ex forma statuti mutetur ius commune in gradu siue modo succedendi, eodem modo intelligitur esse mutatum ius in modo deferendi tutelae: quia tutela hereditati adiuncta est

Et est, sicut onus ad commodum, & damnum ad lucrum l. secundum naturam. ff. de reg. iur. l. tutelae. ff. de capi. di. l. quo tutel. ff. de reg. iur. Insti. de societ. §. illud. uide supra cum reliquis. & glo. & Bart. omnino in l. quia poterat. ff. ad Trebell. & regula: quem non honoro non onero. l. quidam. C. de fideicomiss. facit textus in §. ex ijs autem. cum uulg. in Authent. de hered. quae ab intestato. Vnde etiam dicimus, quod concessio uno, uidetur etiam concessum adiunctum, siue quo concessum esse non potest. l. si stipulatus furo per te non fieri. ff. de uerb. oblig. Insti. de usu & habit. §. item is. Ad hoc facit. l. quod dicimus. ff. de solut. & l. cotinuis. §. illud. de uerb. oblig. ubi dicitur, quod quando aliquid indistincte promittitur, intelligitur esse promissum tantum temporis, & loci spacium siue tanta dilatio quo res fieri potest. l. si mihi & tibi. supra de leg. j. facit c. consuluit. de offic. deleg. Inde etiam dicitur, quod facies iniuriam uxori uel filio dicitur facere iniuriam marito uel patri. l. j. ff. de iniur. l. j. C. de in ius uocan. l. isti quidem. ff. quod met. cau. optimus textus in l. ij. ff. de lib. caus. ibi ad nostram iniuriam porrigitur. & optimus textus in l. iij. §. nunc. de liber. lega. Ad hoc optime facit. l. j. §. item ruina. ff. de incen. rui. naufr. ibi: ex adiacentibus. & d. l. j. §. j. eo. titu. Tertiumdecimum argumentum, ab unione eius de quo disponitur, scilicet in quo unita sunt: in c. j. ne se. uacan. li. vj. c. recolentes. extra de statu monacho. & in l. ij. §. si coheredis mei. & ibi Bar. ad l. falci. facit optime. l. non dubito. ff. de cap. & post. reuer. cum enim duae res unica factae sint, non debent diuerso iure censerentur. l. eum qui ades. ff. de usuca. & l. quaedam. ff. de acqui. reru. domi. cum

fimi

simil. Et incrementum sapit naturam sui principalis. l. si ergo. ff. de publ. ff. de excu. tut. l. idem Vlpianus. & de ad minist. tuto. l. quot. §. si insula Italiae. ff. de iud. l. etiam. ff. de iure do. si conuenerit. ubi uide Bart. ff. de pigno. act. l. in rem. ff. de rei uend. l. gemma. ff. ad exhibend. Quartū decimum argumentum à parificatis siue commensuratis: nam quoties duo ita sunt parificata uel commensurata, ut quod statutum sit in uno, intelligatur esse statutum in alio, tunc siquidem lex noua aliquid disponit in eo, in quo sunt parificata uel commensurata, extenditur ad aliud. l. i. de leg. i. & ibi not. & notat glo. in l. quod uero contra. ff. de legib. & in l. si quis seruo. C. de sur. & l. Marcellus ff. ad Trebell. & in Authent. si cum testator. C. ad l. falcid. & l. nam et si parentibus. ff. de inoffi. testa. & not. gl. in l. eum qui. in prin. & in §. quod ait prator. ff. de publ. facit regula, non debet actori licere & c. & l. foemina. & l. generali. C. de secun. nup. l. si. C. de fruct. & lit. ex. & in l. i. C. de reput. que si. in iud. in integ. restit. not. Bar. in l. i. §. i. de no. ope. nunc. & in l. damni. §. Sabinus. ff. de dam. infect. & l. ij. ff. quod quisque iur. Argumentum similiter sumitur ex citharis: quoniam ubi chorde sunt secundū proportionem consonantiæ positæ, si una chorda altius tendatur, necessarium erit cæteras chordas altius tendere, ut sonorum fiat debita proportio, alioquin fieret dissonantia. Vnde dicitur, ut cum licitum sit sine insinuatione donare certam quantitatem laico, & eius duplum donare ecclesia, si statuto augeatur quantitas in laico, uidetur gradatim aucta in ecclesia: ut dixit glos. Butri. Cin. & Barto. in l. lillud. C. de sacrosanct. eccle. De cuius tamen

ueritate

ueritate uide Bar. & ceteros ibidem. Item tutela est commensurata pupillari etati, & cura adultæ etati: unde mutato tempore pupillaris etatis, intelligitur mutatum tempus tutelæ. Instit. quib. mo. tutela finiatur, in princ. & l. indecoram. C. quando tuto. uel curat. esse desi. Similiter iurisdictio dicitur æquata territorio. l. fin. ff. de iuris. om. iud. Hanc tamen doctrinā limita, in his que natura pos- sunt parificari congruè: ut notat glo. not. Instit. de adop. §. foemina. in uerbo amissorū. Nam adoptati à foeminis, non sunt in potestate foeminarum. de iure mulieres non habet filios in potestate, licet de natura adoptionis sit, ut filij transeant in potestatem adoptatis: & sic licet adoptio facta per foeminas sit ad similitudinē adoptionis masculorum, tamen non operatur in his que de natura actus non sunt. fa. l. i. §. lex. ff. ad legem falcid. ubi dicit Barto. Pone, statuto cauetur, quod coniuncti teneantur compromittere lites in proximiores: postea alio statuto cauetur, quod statuta que loquuntur in coniunctis habeant locum in extraneis: modo duo extranei litigantes non habent proximiores, certè non in hoc comprehenduntur. facit optimè. l. ita autem. & ibi Barto. ff. de admini. tuto. & optimus textus in l. ædiles. §. loquuntur. ff. de edil. edicto. In quibus legibus probatur, quod lex que non extenditur, non comprehendit eum casum ad quem uerba legis non possunt adaptari. Secundo limita in his in quibus non est expressa differētia: ubi autē esset expressa, tunc per talē clausulam, quod in omnibus & per omnia adæquantur, non intelligitur uelle tollere illas differēntias per dictā. l. ædiles. §. loquuntur. & l. doli clausula. ff. de uerb. obliga. & l. san

A foeminis adoptati, in earū potestatem nō fiunt.

Et l. sanctio legum ff. de pe. ubi dicitur quod clausula generalis non extenditur ad specialiter expressa, cui adcommodatur per verba comparatiua uel similitudinis: ut puta quod prestans opem puniatur perinde ac si principaliter deliquisset: quare non corriguntur leges facientes differentiam inter prestantem opem, et principaliter delinquentem. l. i. et ibi glo. et Bart. ff. de recept. ubi dicit esse notandum ad multa statuta. Tertio, limita in his esse parificata, quae sunt primordialis naturae, secus in accidentalibus, argumento eorum quae supra dixi de subrogatis. Et pro hoc facit tex. in l. utrum. ff. de petit. hered. et ibi Ang. ad questionem de statu. quem uide. et idem Ange. in l. si cum exceptione. ff. quod me. caus. Quarto, limita ubi parificatur iure commune, secus ubi parificatur iure speciali et exorbitanti a iure: puta, quod contumax habetur pro confesso: nam tunc non erit infamis, licet confessus crimen habeatur infamis: secundum notata per Docto. in l. infamem. ff. de pub. iud. et l. etiam. C. de furt. per Bald. Unde mihi non placet opinio Baldi dicentis, quod tali modo confitens, scilicet per contumaciam, non possit appellare: quia a fictionibus lex non extenditur ultra casum uerbis expressum, fac. optimè. l. cum qui. ff. de iniur. l. qui repudiantis. ff. de inoffi. test. l. eius qui delator. ff. de iure fis. Quinto limita, nisi per talē parificationem sequeretur aliquod absurdū. Verbi gratia: Statuto cauetur quod filiusfamilias publica negocia tractans, habeatur pro patrefamilias: uel, quod mulier nupta extra urbem, habeatur pro ciue, quia habeat locum in his quae sunt iuris: secus in his quae sunt facti. l. in bello. §. factae. de cap. et postl.

et postl. re. Item non habebitur prout uerus paterfamilias, quia sequeretur, quod aliquis esset partim sui, partim alieni iuris, quod est absurdum, contra. l. queritur. ff. de statu hom. Ex quo sequitur, quod statutum loquens de patrefamilias ex forma statuti, non extenditur ad filios habitos pro patrefamilias: ut not. Bar. in l. si maritus. l. ij. §. legis Iulie. ff. de adul. ubi uide. et omnino Bald. in l. siue possidetis. C. de proba. ubi not. disting. Illud omnino notatu dignum est, multum interesse, an duo adaequantur adinuicem: quia tunc quicquid una res habet plus altera uel minus, intelligitur alteri esse attributum uel diminutum. l. i. de leg. j. et ibi Bar. in l. ij. C. commu. de leg. §. nostra autē. in Authent. in successione. et ibi not. C. de leg. here. an uero una res adaequetur ad aliam, ac si adaequetur adinuicem: quia tunc illi cui fit adaequatio nihil additur uel diminuitur, sed tantum rei adaequata attribuitur, quicquid est plus in ea ad quam fit adaequatio. l. princeps. ff. de legib. Vnde si statuto scholares adaequantur ciuibus, si scholares habebant aliquod priuilegium ultra ciues, non intelligitur esse ablatum scholaribus, uel additū ciuibus, dixit Bar. in l. ij. §. emancipatis. ff. de contra tab. per illū tex. Item si nobilis sit priuatus nobilitate, et adaequatus sit plebeis, non tamen erit exemptus ab oneribus quae nobiles sustinent, ut. l. i. C. de infā. lib. x. et Bart. in l. i. C. de dig. lib. xij. in uer. ex his infero mirabilem conclusionem, quia inducta in odium, non debent operari fauorem. l. nulla ratio. ff. de legib. Et ex praedicta etiam regula inferunt Doctores ad questionem: Statuto cauetur, quod fur conuictus per famā debet puniri, uel usurarius conuictus per famam

Multum inter-  
est, an duo adae-  
quantur adinuicem  
an uero res  
una adaequetur  
ad aliam, ac si adae-  
quantur adinuicem.



famam debet condemnari, quod similiter per famam contrariam poterit se purgare, per regulam: Non debet actori licere &c. & per reg. quod priuatio & habitus eiusdem potentia esse debent. l. eius est uelle. de reg. iur. & l. qui condemnare. ff. de re iud. & l. nihil tam naturale. de reg. iur. & in. c. j. extra de reg. iur. Ex quo etiam inferri potest: Si statuto cauetur, quod mulier non possit se obligare, quod non poterit alium liberare. Quintum decimum argumentum est in correlatiuis, propter eorum paritatem. Nam lex statuens aliquid in uno correlatiuo, intelligitur idem statuere in alio, in eo in quo sunt correlatiua, per paritatem. Vnde si res aliqua prohibetur uendi, intelligitur etiam esse prohibita emi: ut. l. j. C. de cupreslib. xj. & Bar. in. l. si. ff. de accep. & res prohibita locari, intelligitur esse prohibita conduci. c. j. extra de loc. & c. preterea. de iur. pat. & si prohibetur scientia magica doceri, prohibetur etiam addisci. l. ij. & l. culpa. C. de malefi. & mathe. Ad hoc facit. l. ult. C. de ind. uid. tol. & Bar. in. l. j. ff. quod me. cau. in prin. & in. l. liberorum. §. ponuntur. ff. de infra. Et si lex puniat prohibetes dominos locare possessiones, puniuntur & illi, qui prohibent laboratores ne conducant. Est text. & ibi Bar. in. l. j. §. haec actio. ne uis fiat ei. quod intellige, quando lex considerat actum uel rem: secus si considerat personam, secundum glos. in. l. j. C. de seruo com. ma. Ad hoc optime facit. l. si duo patroni. §. Marcel. circa finem. ff. de iureiurando. & ibi not. & l. illud. §. j. ff. de edil. edict. & l. ij. ff. de rescind. uend. Instit. de socie. §. illud expeditum. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & regula: Non debet actori &c. de regu. iur. in. vj.

Deci

Decimum sextum argumentum est à contrarijs quae medio carent, cum lex unum ex contrarijs permittit, uidetur aliud contrarium in eo, in quo sunt contraria denegare, & e contra. Sicut si quis dicat esse diem, negat esse noctem: & si lex iubet fidem esse seruandam, prohibet perfidiam esse committendam. Sed ne equiuocetur, sciendum est, quod duo inuicem possunt dici contraria multipliciter. Primo ut disparata, quia sunt diuersae speciei: puta testamentum & codicillus. l. si idem. C. de codicillis. & sic est emptio & locatio. l. j. in fin. ff. loca. Secundo dicuntur contraria inuicem priuatiua: puta obligatio & liberatio, seruitus & manumissio, datio & ademptio. Tertio ut directo contraria, ut dies & nox, fides & perfidia. l. haec uerba. ff. de uerborum signific. Quarto ut negatiua apposita, ut album & non album, nouum & non nouum. l. j. de uino & trit. & oleo lega. Quinto ut repugnantia & contraria: ut, actio furti & actio mandati ad eandem rem. l. j. C. de fur. & ibi not. & l. si pupillus. §. institoria. ff. de instito. Sexto ut contradictoria: ut puta, omnis contractus est conuentio, aliquis contractus non est conuentio. de quo per Doct. in. l. si is qui ducta. §. utrum. ff. de reb. dub. & in hoc legitur, quoniam promiscue & equiuoce contraria appellant, saepe in contrarietate incidunt. Circa primam speciem contrariorum dicendum est, quod quanquam in eodem subiecto concurrere non possint, ut. d. §. si idem. C. de codi. & l. j. ff. loc. tamen si de uno lex disponit affirmatiue uel negatiue, de alio nihil uidetur disposituisse: quia ex separatis non fit illatio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. pos. l. Papinianus exuli. ff. de min.

E 2 In pri

In priuatiuis quoq; eadē regula est, quod licet in eodem concurrere non possint, tamen uno prohibito, non uidetur aliud concedi nec econtrario: imō priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de uerb. obligat. & ibi no. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. & propter parem potentiam cui conceditur unum, uidetur concedi & reliquum, ut dixi supra nono argumento de antecedente. & l. eius est uelle & c. & l. condemnare. Contra uidetur theoricā Bart. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. j. ubi dicitur: Si statuto cauetur, quod extantibus masculis foemina non succedat, quod ipsis masculis oritur actio. Sed dicas hoc non contrariari, quia si filio dicimus dari actionem & etiam exceptionem: iuxta. l. statuas. ff. de acquir. rerū domi. & per Bart. in Authent. sacramenta puberum. circa fi. C. si aduers. uend. ubi sentit, quod sicut manumissio non negat seruitutē aliās subesse, antequam manumissio in esse deducatur, ita & filie foemina aliquod ius subesse, si dicimus contra eam filio dari personalem actionem & exceptionem. per. d. l. statuas. Contraria medio carentia, quæ Iuriconsulti disiuncta appellant, hanc habent naturā, ut uno posito aliud tollatur, & altero sublato alterum intelligatur esse positum. l. hæc uerba. ff. de uerb. sign. ut: si dies est, ergo nox non est. & econtrario. Contraria uero medium habentia, quæ secundum Iuriscō sultos subdisiuncta appellantur, sic se habent, ut uno posito alterum intelligatur esse sublatum. ut: si nigrum est, ergo album non est, non econtra. Nam si unum negatur, non tamen uidetur alterum affirmari. d. l. hæc uerba. Nō enim si album non est, ergo nigrum est. Ex his inferitur, quod

Disiuncta.

Subdisiuncta.

quod concessio usu, uidetur prohibitus esse abusus. l. qui sine. ff. de neg. gest. l. liberum. de pecul. leg. l. sed & si. §. j. & ij. de usufruct. l. plenum. §. j. ff. de usu & hab. Vnde dicitur quod concessa administratione uidetur prohibita dissipatio. l. si cum dotem. §. si non. ff. sol. matr. l. filius. ff. de do. Contraria uero per negationem eiusmodi naturæ sunt cum medium non habeant, quia extra affirmatiuam & negatiuam nihil est seu esse potest: ut si lex unū iubeat, aliud prohibeat. Vnde si lex iubet pacta esse seruanda, uidetur negare pacta non esse seruanda: seacus si lex permittat. puta, Lex permittit ludere, uel usuras accipere: non tamen uidetur negare, nō ludere, uel usuras non accipere. Eiusdem sunt naturæ repugnantia. Vnde si lex aliquid concedit alicui in solidum quod alteri primo concesserat, uidetur idem alteri tollere & adimere. l. quod in rerum. de leg. j. l. fi. C. de uerb. sig. facit. l. iij. §. ex contrario. ff. de acq. pos. & ita in prædictis intelligitur illa regula: quod unus inclusio est alterius exclusio. & eodem modo intelligendum est quod dixit Bal. in l. j. C. de diuer. rescrip. dicens, quod negans unam positionem, alteram sibi contrariam uidetur affirmare. Ad hoc facit. c. nonne. de præsump. & quod not. in. l. ut uim. ff. de iusti. & iu. ubi notatur, quod qui potest licite offendi, nō potest licite se defendere. iura sunt uulgaria. c. qualis. xxv. distinc. l. cum prætor. de iud. Vltimo dicimus in lege esse plus intellectum quàm scriptum ex repetitione uel subauditione, quæ fit per aliam legem interpretantem uel interpretatam: in Authent. de fil. ante dot. inst. na. l. nihil. ff. de coniug. cum emancip. libe. fa. l. si compro-

Contrariarū per negationem natura.

In lege quādo, que plus intelli gatur, quam scri bitur.

missum. ff. de arbitris. uel per aliam legem loquentem circa illam materiam, de qua in l. prator. §. eritq; ff. ui bo. rap. & ibi per Bartol. ubi notabiliter dixit, quod est aut una lex habens plura capitula, aut plures leges separate. Primo casu, aut queris de his que pertinent ad facti narrationem, & tunc illa plura capitula si inferuntur sub diuersis orationibus, non intelliguntur repetita in sequentibus. d. §. eritq; ff. ui bo. rapt. Aut inferuntur sub eadem oratione, & intelliguntur repetita. l. j. in prin. coniunct. l. iij. §. ait prator. de incē. rui. nau. & l. seia. §. Gaio. ff. de fund. instru. Aut queris de his que pertinent ad iuris dispositionem, tunc intelligitur repetita in sequentibus. l. quemadmodum. in fi. ff. ad legem Aquil. & Instit. eo. tit. §. hoc tamen capite. l. mariti. §. hoc quinquennium. ff. de adul. Fallit in duobus casibus. Primo, quando antecedentia sunt contra ius comune. ar. l. uxor. §. uxor. de leg. iij. & glo. in l. talis scriptura. in fin. de legat. j. & in c. que a iure. de regul. iuris. in. vj. & l. in his. ff. de leg. Secundo fallit, ubi illa capitula essent distantia & immediata a pluribus alijs capitulis, & non intelliguntur repetita. Instit. de rerum diuis. §. lapilli. & ibi per glo. facit lex tria preidia. ff. de seruit. rustic. preid. Secundo uero casu, quando sunt diuersæ leges, tunc non intelligitur facta repetitio in dubio, nisi fortè aliter esset iniusta. Item secundo, nisi prima esset per modum regule, secunda per modum casus singularis. Tertio, nisi una ueniret ad interpretationem alterius, ut ibi notanter dicitur, infra in secunda parte principali, quia magis congruit. Quod tamen dictum est legem pluribus modis intelligi, ultra quam eorum uerba so

ba sonant, fallit ubi lex expresse esset irrationabilis: puta, quia esset uinculum peccati, & que de facto magis tolleraretur, quam de iure: ut contingit in multis locis, quando statuta sunt irrationabilia, imponitur poena allegantibus aut opponentibus de nullitate ipsius statuti, & de facto poena eius aufertur. Nam licet alia statuta non ualeant, nec poena possit imponi opponentibus contra dicta statuta. l. non dubium. C. de legi. & l. j. C. de his que poene nom. & ibi Bal. in terminis, tamen, quia poena facto exigitur, conuenientibus oculis obseruatur. Potest poni exemplum in statutis laicorum disponētib; decimas non esse soluēdas: nam tunc illæ leges iuxta corticem uerborum essent obseruandæ. arg. l. quod contra. & l. que uero contra rationem. ff. eo. & licebit in fraudem dictarum legum facere, ut dixit notandus tex. in l. j. de cad. tol. Ad hoc facit. l. si quis hereditatis. ff. de cond. insti. & l. continuus. §. cum quis. ff. de uerborum obligationib; Ex quo inferunt Doctores ad plures questiones. nam clarum est, quod sententia lata in fauorem unius conrei profit alteri, attamen ubi sententia expresse est contra rationem & ius, licet quantum ad conreum absolutum expresse sententia ualeat. l. penult. ff. de iustitia & iur. l. Iuliana. ff. de condict. indeb. tamen non proderit alijs conreis per prædicta. ita consultum est per Paul. de Castro. Itidem si unus ex conreis coactus sit soluere de facto per superiorem alteri quam creditori, licet coactus sit liberatus, ut notatur in l. si creditores. de solu. & Bar. ibi, tamen illa solutio alteri conreo non proderit, quia iniuria facta uni ex conreis, non debet prodesse alteri conreo.

quod h sententia  
lata in fauorem  
unius conreis  
profit alteri

nec nocere creditoribus: ut reg. alteri per alterum &c. & argu. l. Vranus. ff. de fideiuss. Nec poena unius, alterius premium esse debet. l. si sequens. in princip. ff. ad Silieianum. Nam quæ propter necessitatem fiunt, non debent in consequentiam trahi: ut in reg. quæ propter, nec debet effectum producere ultra quam sit necessitas. ff. de offic. præsid. l. senatusconsulto. & l. sed & si restituitur. §. dies. ff. de iud. facit. l. si præcedente. §. Lucius. ff. mand. ita consul. Paul. de Castro. Item per prædicta dixit Bartol. quod licet statutum iniquum de facto observetur inter ciues, quia lite pendente non potest ciuitas statutum mutare, tamen illud statutum non debet observari, quo ad forenses de gestis & commissis in territorio dictæ ciuitatis, aliàs illi forenses possent licite concedere repressalias contra dictos ciues. ita notat Bar. in opere suo de repressalijs. & alleg. Authent. cassa. C. de sacrosanct. eccles. & c. statutum. de here. lib. vj. quod not. Ad hoc facit quod feudum concessum laicis ante concilium Lateranense, non extenditur ad decimas nouellium, quia contra reg. iuris. c. tua. de decimis. Item facit quod priuilegium induciarum factum debitori, non prodest fideiussori uel heredi. l. si præcedente. §. Lucius. ff. mandat. l. rescriptum. ff. de pact. cum similibus. not. in l. j. C. de fideiuss. mino. Et quæ dicta sunt de extensione legum & statutorum, idem censeatur de extensione contractuum, ultimarum uoluntatum & sententiarum: ut notatur in l. sepe. ff. de re iudic. quod nota singulariter.

Quali

## QUALITER LEX RESTRINGATUR EX MENTE.

DICTUM EST SUPRÀ qualiter nobis cōstare possit, plus in lege esse cōprehensum ex uoluntate & sententia legislatoris, quam uerbis iudicatur expressum. Nunc est dicendū, quando nobis constare possit minus lege esse comprehensum ex mente legislatoris, quam uerba sonare uideatur: & quemadmodū est legē nō ultra intelligere quā uerba legis significēt, nisi aliter manifestè constet de mente legislatoris plus esse intellectū quam scriptū. Item dicendum est uerba legis non esse restringēda, nisi expressè constet minus esse intellectū quam scriptū. Vnde dicimus legem generalem generaliter esse intelligendam. l. j. §. generaliter. ff. de lega. præst. l. de precio. ff. de publ. & xix. distin. c. si Romanorum. Et quemadmodū dictum est sub uerbis specialibus per coniuñtionē uel relationem ad expressa quædam comprehendī, etiamsi nō exprimantur: ita in uerbis generalibus propter disiunctionē. Quædam intelliguntur esse excepta, licet expresse non excipiantur. l. si cui. ff. de seruit. l. obligatione generali. ff. de pig. & infra plenè dicitur: quia nemo id dixisse intelligendus est, quod mente nō cogitauit. l. Labeo. ff. de supel. leg. l. nepos Proculo. ff. de uerb. sign. Item cum quis dicit: Virgilius fuit doctior omnibus poetis, nō intelligitur excludere seipsum, ita quod non intelligatur doctior fuisse seipso. Item cum dicitur: solus faber gladiū facit, nō tamen intelligitur excipere instrumentū, ferrū, & ignem quo fit. Sed notandum est, quod uerba legis restringuntur tripliciter. Primo, per

Quot modis  
uerba legis  
restringuntur.

E s aliam

aliam legem. ut. l. non est nouum. cum sequentibus. ff. de legi. l. precipimus. C. de appella. l. si quando. C. de inoff. testamen. Secundo, per antecedentia & consequentia ipsius legis. l. utrum. ff. de perit. hered. l. qui filiabus. ff. de leg. 1. l. non ad ea. ff. de condit. & demon. l. inciuile. ff. de legibus. l. cum hi. in princip. & s. eam. ff. de transact. & ibi Barto. in. l. si. de hered. instit. l. Titia. ff. de uerbo. oblig. l. imperator. s. dulcia. ff. de lega. ij. l. hæc actio. ff. de calum. l. cohæredi. s. qui patrē. ff. de uulga. & pupil. l. doli clausula. ff. de uerbo. obliga. l. sanctio legum. & ibi Bar. ff. de pæ. & plene infra dicitur, qualiter uerba ambigua declarantur per præcedentia & consequentia. & est optimus textus in. l. emptori. s. fina. ff. de pact. dicitur in secunda parte principali. Tertio restringitur ex mente ipsius legislatoris. d. l. si cui. & d. l. obligatione generali. & hoc multiplicetur. Primo ex natura uocabuli. Secundo, ex consuetudine loquendi & agendi. Tertio, ex natura rei siue negocij. Quarto, ex præsumptione legis. Quinto, propter inopinatam causam superuenientē, de qua uerisimiliter non erat cogitatum. Sexto, ex comparatione expreforum antecedentium, sequentium uel coniuictorum. Septimo, per rationem & causam legis. Octauo, propter contrarium finem & effectum legis. Nono, propter paritatem. Decimo, propter improprietatem siue fictionem. Undecimo, propter naturalem rationem, etiam non scriptam, de quibus singulis dicitur. Ex natura uocabuli potest poni exemplum in. l. ij. s. 1. ff. de iudi. Nam uerbum, consensus, ex propria significatione excludit errorem, uim & metum: ut ibi. l. error. ff. de

iuri

iurisdicti. omnium iudicum. l. j. ff. quod metus cau. Item uerbum, arbitrabitur, ex propria significatione excludit dolum, & iniquum iudicium. l. si libertus. ff. de operis liber. l. Thais. ff. de fideicommiss. liber. l. generaliter. ff. de regu. iuris. Ex quo sequitur, quod quibuscumque uerbis etiam latissimis sit data potestas arbitratoribus, tamen semper uidetur exceptus dolus & enormis lesio. l. si societatem. s. arbitratorum. ubi Barto. ff. pro socio. c. quintanallis. extra de iur. iurando. l. libertus. ff. de oper. libertorum. Item uerbum, scientia, & spontanea uoluntas, excludit fraudem & iniuriam. l. cum donacionis. C. de transac. l. non uidetur fraudē. ff. de regu. iuris. Ex consuetudine loquendi potest poni exemplum in. l. inter omnes. ff. qui satisda. cogam. nam dicimus ab omnibus dici, quod dicitur ab ijs, qui de ea materia tractant. & dicitur ab omnibus fieri, quod à maiori parte fit. l. maiorem. ff. de pac. Vbi uide que sit uel dicatur maior pars. l. nulli. cum simil. ff. quod cuiusque uniuersi. no. & dicitur quotidie fieri, quod frequenter fit. l. j. solut. matrimo. ibi, non semper. & l. j. s. pen. ff. de usufruct. accresc. l. j. s. quotidianum. ff. de aqua quoridia. & æstiu. l. aduersus. C. de usur. & not. Barto. in. l. si quis ita. ff. de condit. & demonstra. Item dicimus id esse continuum, quod non continuatur, sed aptum est continuari. l. si quis diuturno. ff. si serui uendi. l. foramen. ff. de seruit. rusti. prædio. Et no. in. c. j. extra de in integr. restit. quibus adde glos. in. l. j. C. sine cen. uel reli. Nec mirum, quia consuetudo dat significationem uocabulis. l. cum de lanionis. s. asnam. ff. de fun. instru. & l. ammiculus. ff. de uerbo. signifi. Et idem

de con

de consuetudine agendi & contrahendi. arg. eorum que dicta sunt supra de ampliacione. facit. l. si prius. §. si. ff. de aqua plu. arc. & l. fistulas. §. si. ff. de contrahen. emp. & l. Seio. §. medico. ff. de amit. lega. & ibi Bart. Item, quod plus est uim legis obrinct. l. de quibus. ff. de legi. c. cum dilectus. extra de consuet. multo ergo magis potest legem interpretari declayando, ampliando uel restringedo. l. minime. ff. de legi. ut plenè not. Bart. in. l. Labeo. de sup. leg. & supra dictū est in ampliacione, & infra de lege ambigua, ubi uide: & optime faciunt notata in. l. ex facto. §. si. ff. ad Trebell. & l. Gallus. §. etiā. ff. de lib. & posthu. Ex natura contractus & rei & negocij possunt poni plura exempla. Nam natura trāsactionis est, ut fiat super rebus dubijs. l. i. ff. de transact. Ex quo fit, ut quibuscunq; uerbis fiat transactio, etiam latissimis, non intelligitur esse facta super decisis. l. eleganter. §. post rem. ff. de condi. indeb. & ibi nota. l. si de certa. C. de transact. & ibi not. Item cum prelatus non possit transigere in præiudicium ecclesiæ, transactio prelati intelligitur esse facta personalis, id est, in præiudicium ipsius prelati, non ecclesiæ: ut notatur singulariter per glo. in. c. cum accessissent. extra de constit. fa. c. i. & ibi glo. si. de in integ. resti. in. vj. dum glossa ponerat, quod prelatus qui lesit. ecclesiam, uixit tanto tempore, hoc est, post quadriennium, quod datur ad petendū restitutionem in integrum. Idem de donatione facit. l. iij. ff. de testa. militari. Item, si cui delegatum & datum aliquod officium quantuncunq; sit, & sit ei concessa administratio generalissima, tamen non potest excedere fines naturæ illius officij. c. quod translatione. de offic. lega. & ibi

ibi notatur. & not. Bar. in. l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. facien. optimus textus in. l. i. C. de bon. ma. Item de natura contractus conductionis & pignoris est, ut cōductor & creditor non teneatur de casu fortuito. Vnde si cōductor & creditor obligat se ad omnem custodiam, tamen uideatur exceptus casus fortuitus. l. qui fortuitis. C. de pigno. acti. Item de contractibus bonæ fidei semper uidetur esse exceptus dolus. l. si ex falsis. C. de transact. l. cū personas. C. de naut. scen. Adde. l. pen. §. pen. ff. de diuer. & tempo. prescrip. ibi, tam late excipiendum & c. Adde. l. si conuenierit. in fi. ff. pro socio. Item concessio iure episcopali, solum intelliguntur concessa ea, quæ eodem iure censentur, & sunt de natura iuris talis. c. j. de relig. domi. & not. in c. dilectus. de cap. mon. etiam si adiiciatur generalis clausula. Item per generalem & generalissimam remissionem non remittitur incognita. l. cū Aquiliana. ff. de transact. l. tres fratres. ff. de pactis. Item, facit glo. in. l. si princeps. ff. de legi. ubi dicitur, q. priuilegia principis intelliguntur esse cōcessa Augustæ, intelligendo de priuilegijs cōgruis mulieribus. l. quamuis. ff. de aur. & ar. leg. Itē, in generali liberatione uidetur esse excepta liberatio obligationis contractæ propter dolum. l. non solum. §. pen. & l. Aurelio. ff. de libe. lega. Item, generali cōmissione concessa arbitratoribus & arbitris, semper uidetur esse exceptū quod enormiter ledant uel excedant terminos naturæ compromissi. l. diem. §. stari. ff. de arbitris. l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio. & Barto. in. d. l. cū Aquiliana. ff. de transact. Item conductor qui suscipit in se casum fortuitum, non intelligitur de casu fortuito, qui illatus est ex causa

causa locatoris uel eius domesticorū. d. l. cum proponas. & facit. l. si merces. §. culpa. ff. loca. Item, obligatus facere liberationem debitori, non intelligitur facere generalē, quia posset esse captiosa. l. cum Aquiliana. ff. de transac. & ibi Bar. sed specialem debet efficere. Item, qui dotem promittit, intelligitur, si nuptia sequute sunt. l. promittendo dotem. ff. de iure do. ibi, magis enim res quam uerba intuentia sunt. Item, qui emologat sententiam arbitri, solum extenditur ad ea quae continentur in compromisso: ut est textus in. c. examinata. de confir. uti. & inuti. & Bal. in titu. de pace firmanda. §. pen. Item, qui promittit conductorem non expellere, intelligitur, nisi cessauerit soluere per triennium. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. uel, nisi re conducta male utatur, uel necessitas domino superueniat. l. eadem. C. locat. Item, iurans testamentū seruare, intelligitur, nisi placuerit aliud testamentum facere. l. si quis. in princ. de leg. iij. facit optimē. l. fi. C. de procur. Possent infinita exempla afferri, sed haec breuitatis causa sufficiant. Ex praesumptione legis etiam quaedam intelliguntur esse excepta, licet expresse non excipiantur. l. cū acutissimi. C. de fideicommiss. l. precibus. C. de impub. & ali. sub. l. ex facto. §. fin. ibi, sine haerede id est sine liberis. & l. illud. C. de sacrosanct. eccle. l. si nunquā. C. de reuoc. don. & not. in. c. ij. extra de rescript. & in. c. uenientes. extra de iureiurando. ubi dicitur quod in omni compromissione & iuramento semper intelligitur esse excepta autoritas sui maioris. Propter iustam & inopinatā causam superuenientem, etiā uerba restringuntur. Nam elapso termino ad exceptiones opponendas, exceptiones non poterunt

poterunt opponi: tamen fallit ubi de nouo post terminum elapsum superuenirent. c. pastoralis. extra de excepti. Unde dicit Cin. & Ange. in. l. diuus. ff. de petit. hered. Stante prouisione quod non possit poni aliqua collecta, nec etiam proponi, quod illa prouisio limitatur, ubi superueniret magna necessitas, puta famis, uel guerre, per illam legē. Hinc dicitur quod quae de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. ij. de uen. inspic. l. de etate. §. ex causa. de interrog. acti. c. insinuante. de officio delegati. Potest etiam poni exemplum in. l. cum quis. & l. Cornelius. ff. de solut. ubi dicitur, quod illa clausula, rebus sic stantibus, praesumitur esse intellecta. Potest poni exemplum in. l. fin. cum ibi notatis. ff. si quis in ius uoc. non iue. & l. Caesar. ff. de public. & ibi notat. & in. l. inuitum. cum seq. ff. de procur. puta, si superueniat ualetudo mala. l. si cui. §. tam diu. ff. ex quibus causis maio. uel iusta absentia. l. longius. ff. de iudi. uel paupertas. l. si procura. §. si ignoranti. ff. mandati. uel multitudo negotiorum: ut in Authent. de tabelli. uer. sed nec quæstus. uel iustus metus. c. statuimus. de officio delegati. uel alia necessitas. l. nulli. C. de iudicijs. l. si alius. §. bellissime. ff. quod ui aut clam. uel sit periculum in mora. l. de pupillo. §. si quis riuos. & ibi no. ff. de oper. noui nunc. Potest poni casus in. l. si inimicitia. ff. de ijs quib. ut indig. l. filio. §. Scia. de adimen. leg. l. eadem. C. locati. Haec tamen limita, nisi ille cui superuenit talis casus posset incusari de culpa: puta, si se astrinxit ad extremum. l. si fideiusfor. ff. si quis cautio. Ex comparatione expressorum uerba restringuntur. Potest poni exemplum sin-

gulare

gularē in. c. sedis. de rescrip. Potest etiam poni exemplum in no. in. c. ex literis. de iure patronatus. in princ. quia concessis temporalibus non intelliguntur concessa spiritalia omnino separata. Vnde si dicatur: uendo uel dono tibi uillam, cum omnibus iuribus, quod non intelliguntur uendita spiritalia: puta, decimæ. Imò plus, quòd etiam episcopo si diceret: dono tibi uillam & omnia iura quæ ibi habeo, non tamen intelligitur donare decimas uel alia merè spiritalia. Secus si sunt spiritalia annexa temporalibus ut ius patrona. & sepultura. per. L. in modicis. de cōtrah. emptio. quod nota. & sequitur Bal. in. l. à procur. C. manda. & in rub. de contrah. empt. & in. l. si. in. fi. C. si. cens. uel reli. & ibi uide. & uide Spec. in tit. de contrah. empt. in forma instrumēti. Itē, rogatus restituere si sine liberis decesserit, uerificatur si ingressus est religionem: fallit ubi esset rogatus restituere causa magis fauorabili, ut egen tibus: Authent. nisi rogati. C. ad Treb. Ad hoc facit quod notat Bart. in. l. j. ff. ad legem Iuliam ma. ubi dicit: an saluus conductus præstetur iudæo & bannito, tanquam essent socij. Et faciunt notata per Doctores in. l. ij. de eo quod certo loco. ubi not. si quis constituit se posse conueniri Brixia, Verona, Bergomi, & in quocunq; loco. debet intelligi de loco nō remotiore expressis. facit. l. item apud s. hoc edictum. ff. de iniur. ubi dicit textus: Ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, uidentur esse neglecta. Potest etiam poni exemplum in. l. j. & ibi Doctores. C. de seruis fugit. ibi, uel alia poena. Ex comparatione etiam non expressorum restringitur, ut est textus notabilis in. l. j. de reb. dub. uide Immo. in cap. fin. de offic.

Arch.

Arch. quòd sub clausula generali comprehenduntur etiā maiora expressis, ubi illa maiora sunt connexa & pertinentia ad expressa: quod nota. Ex ratione admixti, de quo in. l. ij. ff. de uerb. oblig. & in. c. v. de iudicijs. & in regula, ea quæ. per Pet. de Anchar. in. l. adopt. ff. de ritu nupt. Propter rationem & causam legis lex etiam limitatur & restringitur: ut dixit. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. l. Titia. §. usuras. de leg. ij. & ibi not. l. Seio. in princ. de ann. leg. & optimus text. in. l. quis sit fugitiuus. per totam legem. ff. de adil. edict. & text. in. l. ij. ff. de auro & arg. leg. ubi dicitur, quòd oratio respectiua deficit deficiente persona, re uel qualitate, cuius respectu fit. facit singulariter quod notat Bart. in. l. si ita scriptum. ff. de manu. testam. Causa quadruplex est, scilicet, <sup>Causa quadruplex.</sup> causa efficiens, causa subiectiua, causa formalis, & causa finalis. Nam quemadmodum causa legis extēdit & ampliat legem, ut. l. j. C. de interd. & supra notatum est in quarto argumento: ita ubi causa cessat, debet lex restringi. quia quod operatur oppositum in opposito, idem operatur propositum in proposito: ut habetur in. l. inter stipulantem. §. sacramenta. de uerb. oblig. & in. l. si. §. j. ff. de leg. iij. & contrariorum eadē est disciplina. l. si ex toto. de leg. j. Vnde etiam dicitur quòd limitata causa limitatum etiam producit effectum. l. cancellauerat. ff. de his que in testam. del. facit. l. si quis in graui. §. utrū. ad Sill. & ibi singulariter per Doctores: quòd stante statuto, quòd occidens bannitum lucretur centum, si quis occidat bannitum uel fortuito, uel ad propriam defensionē, uel ut sicarius, uel ut officialis, quia tenebatur facere ex officio, <sup>Cessante causa restringitur lex</sup>

F

non-



non debentur cētum. Ex quo inferri potest: statuto cauetur, quod res immobilis non possit alienari forensi, et quod denunciatus talem rem uenditam esse ius dicenti, quod lucretur dimidiam partem, si ipse ius dicens, uel sui ministri denunciant, non debent habere dictum lucrum: quia quod quis gratis facere debet, si pecunia fit, turpiter fit. Ex ratione admixti, de quo in l. ij. de uerb. obl. et in c. quanto. de iudi. et in regula, ea quae per Petrum de Anch. et in l. adop. de rit. nup. Accedant. l. iurisgentium. §. si ob malefictum. et ibi scripta. ff. de pact. Item, facit quod no. Bar. in l. ij. §. sed et si. ff. de fal. ubi dicitur, quod si prohibeatur quis recipere cessionem aliquam ab alio, sub certa poena, si successit ut haeres, non incidit in poenam. Item, facit. l. ij. C. de noxa. cum ibi not. et l. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de mun. et ho. l. milites agrum. in prin. ff. de re mil. l. non solum. §. i. ff. de rit. nupt. l. cum ratio. ff. de bo. dam. et pulcherrimus text. in l. pen. ff. ad exhib. ibi, non oportere ius civile calumniari, neque uerba eius captari: sed qua mente id diceretur animaduerti conuenire. et optimus tex. in l. i. §. occisorum. ff. ad Sille. Et hoc intellige ubi causa et ratio legis est clara: puta, quia expressa in lege, uel in proemio legis. l. si. ff. de hered. insti. et l. Titia. ff. de uerb. obl. et no. Bar. in l. ambitiosa. ff. de dec. ab or. fac. prope finem. Vel etiam quia fortissimis argumentis ratio comprehendi potest: ut dicit gl. in l. quamuis. C. de fideicom. arg. l. ij. C. de lib. et posth. et d. l. pen. ff. ad exhib. et d. §. occisorum. Alias autem non debemus rationem legis ex capite nostro inuenire. arg. l. non omnium. ff. de leg. sed potius esset standum uerbis legis: quia a uer-

bis

bis expressis non est recedendum propter rationem incertam. l. non aliter. ff. de leg. iij. cum similibus. quia sequere tur, si iudex ex capite suo posset a uerbis legis recedere, non haberemus legem certam, et omnis lex certa subuerteretur. l. et ideo. ff. de leg. et l. i. C. de leg. Iudex enim dicitur executor esse legis, non autem cognitor. l. i. §. si. ff. ad Turpil. Sed hanc regulam limita, ubi lex considerat singulos casus, secus ubi respicit communem cursum naturae, siue singula generum, non singula indiuiduorum: quia licet cesset ratio in uno indiuiduo, non tamen receditur a uerbis legis. Verbi gratia: Lex statuit minorem quatuordecim annorum, non posse facere testamentum, uel matrimonium contrahere, quia praesumitur impotens, et infirmi iudicij: tamen si contingat casus, quod aliquis maior quatuordecim annis et infirmi iudicij, et alius sit minor xiiii. annis et potens et boni iudicij, nihilominus maior impotens poterit contrahere matrimonium et testamentum facere, minor uero potens et boni iudicij non poterit: ut est text. in l. si. C. de testa. mil. et optime facit. l. post annum. ff. de libe. et posth. et l. iij. ff. de legib. ibi, quae forte uno casu et c. Sed una lex uidetur omnes Doctores turbare, scilicet. l. prospexit. ff. qui et a quibus. quae dicit, uerba legis quanquam dura, tamen obseruanda sunt. Sed diuersi diuerso modo soluunt. Doctores antiqui dicunt illam non esse trahendam ad consequentiam, eo quod est sine ratione et spiritu. per l. quod uero contra. ff. de legib. Bart. uero soluit, quod ubi cessat ratio legis, non tamen cessat dispositio legis, ubi tractatur de incommodo acquirendo: secus ubi tractatur de damno uitando. Alij

Iudex, executor legis dicitur, non cognitor.

F 2 dicunt

dicunt illam legem non restringi, quia ibi tractatur de modico præiudicio, quia differtur manumissio per sexaginta dies, quia in mora modici temporis nullū est præiudicium. l. si debitori. ff. de iudi. facit lex. scio. ff. de in integ. restit. mino. l. id autem. in princ. ff. de admin. tut. & l. i. §. perinde. ff. de edil. edict. quæ allegantur, quod de rebus minimis non esset restringenda lex. Alij dicunt & securius, quod ibi Iuriconsultus non dicit quod dura sit lex, eo quia non restringatur per rationem: sed dicit esse duram, quia lex expressè est contra rationem, dum expressè dicit: Seruum emptum post diuortium, uel remotum in prouincia, non posse manumitti. quo casu uidebatur cessare ratio legis: tamen postquam lex ita expressè scripta est, seruanda est, licet dura. Et ita uidetur intelligere glo. ibi posita. Propter contrarium finem & intentionem legislatoris uerba generalia restringuntur. l. nulla ratio. ff. de legib. l. quod fauore. C. eo. Nam inducta ad unum finem, non debent operari contrarium: puta inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem, nec contra. l. legata inutiliter. de leg. j. & l. legatum inutiliter. de adimen. leg. & in regula, indultum. de regul. iur. in. vj. & potest poni exemplum in. l. non eo minus. C. de procur. & Instit. de auto. tut. in princ. & in. l. in testamento. ff. de uerb. signific. quæ est singularis ad hoc. Vnde fiscus qui succedit, non tenetur mortē defuncti uindicare, quam tenebatur uindicare ille, à quo hæreditas aufertur per fiscum. l. quia poterat. §. fin. ff. ad Trebell. Item, potest poni exemplum in. l. ea. ff. loca. & in. l. in omnibus. ff. de reg. iur. Potest poni exemplum in. l. iij. §.

duæ

duæ. in si. ff. ad Carbo. & in. l. generaliter. §. in his. C. de secund. nupt. & in. l. ij. §. pen. ff. ad Tertul. & in. l. ex factio. ff. de uulg. & pupil. & l. speciem. ff. de his que in frau. credit. ubi dicitur quod ille non offendit legem, qui beneficio legis uti non uult. & similiter inducta in odium non possunt retorqueri in fauorem. l. elegāter. ff. de dolo. & in. l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de act. empt. & l. cum profitearis. C. de reuo. dona. l. Titia. §. si. ff. de ma. test. Quæ inferri possunt ad statuta prohibentia mulieres & filios familias contrahere: quia si contractus uertitur in fauorem mulierum uel filiorum familias, potest ualere. Item, ad statuta disponentia contractus factos cum usurarijs præsumi collusorios & simulatos, quia intelliguntur nulli, quo ad fauorem usurariorum: quo autē ad eorum odium tenent. ita etiam dixit Bart. in. l. post contractam. ff. de donat. quod nota perpetuo. Vnde infames non possunt excusare ab oneribus. l. relegatorum. §. si. ff. de interd. & rele. facit tex. & ibi Ang. in. l. si à domino. §. si prædo. ff. de petit. hered. facit. l. i. C. de infā. lib. x. & gl. in. l. qui soluendo. ff. de hære. insti. Restringuntur etiā uerba legis, ut seruetur paritas. exemplum: nam testis domesticus, uel coniunctus sanguine, prohibetur. Hoc fallit ubi pariter esset coniunctus utriq; parti. c. postremo. extra de appel. l. non solum. §. adoptiuus. ff. de ritu nupt. Adde text. in Authent. rogati. C. ad Trebell. & supra dixi de comparatione expressorum. Item, dicitur quod potest maritus accusare uxorem de adulterio: tamen fallit ubi maritus esset particeps culpæ. l. cum mulier. ff. solu. matr. uel ipse maritus esset in pari crimine. l. si uxor. §.

F 3 si in

si iudex. ff. de adulte. Item, committens moram, tenetur de casu & periculo: fallit ubi eadem pars esset in eadem mora. l. si mora. ff. solut. matrim. & ibi not. & in. l. cum par. ff. de regul. iur. & l. illud. ff. de peric. & commo. rei uend. Potest etiam poni exemplum in. l. si cum dies. s. pe. ff. de arbit. ubi dicitur: si arbiter iusserit litigatores uenire in aliquem locum, ad quem unus ex litigatoribus sine turpitudine uenire non poterat, si tamen uenit, & alter, qui sine turpitudine uenire poterat, non uenit, non incidit in poenam: quia absurdum est in alterius persona ratum esse, in alterius non. Item, potest poni exemplum in. l. in harenam. C. de inoffic. testamen. ubi dicitur, quod frater prateritus à fratre non dicit testamentum inofficium, si instituta sit persona turpis, ubi ipse frater prateritus, esset persona turpis. Vnde Iuuenalis: Satyra. ij.

Clodius accuset mæchos? Catilina Cethegum? & ibi gl.

Item, potest poni exemplum: ut in titulo, quod quisque iuris & c. & in. l. finali. C. de fruct. & litis expens. facit optime. l. si quis. s. si cum omnes. ff. ad Silieia. Per quam potest inferri ad questionem notabilem: nam commodatarius & conductor tenentur diligentiam adhibere in rebus commodatis & conductis, quam solent in rebus proprijs adhibere, si superuenit casus repentinus, ita quod utraque res non possit euadere: si euasit res proprias solum, non potest accusari de negligentia. d. l. si quis in graui. s. si cum omnes. ibi: nam illud durum est dicere, si cum duobus auxilium ferre non posset, elegit alteri esse auxilio, electione crimen cum contraxisse & c. uide Abb. in. c. ut debitus honor. circa fin. extra de app.

Deci

Decimo, lex restringitur propter improprietatem siue fictionem euitandam. l. status. s. fin. ff. de iure fis. l. posthumum. ff. de lib. & posth. & ita bene dixit glos. in. l. assiduus. super uerbo, data. C. qui pot. in pign. hab. Vnde etiam dicitur, quod casus fictus uel præsumptus non extenditur ad alium casum ad quem extenderetur, si uerè fieret. & facit optimus tex. in. l. si cū mens. ff. si ser. uedi. & ibi gl. Vnde decimo, lex generalis restringitur per rationem naturalem & scriptam: nam ratio naturalis pro lege scripta obseruanda est. l. scire oportet. s. sufficit. ff. de excu. tut. & l. ideo. de bo. dam. l. in summa. s. uerè Varrus. ff. de aqua plu. arc. j. dist. c. consuetudo. Nam quemadmodum in generali obliga. non ueniunt ea quæ obligans uerisimiliter non esset obligaturus. d. l. obligatione generali. ff. de pig. & quemadmodum in generali mandato non intelliguntur esse mandata, quæ mandans uerisimiliter non esset concekurus. l. si filius. ff. de don. l. indebitam. ff. de cond. indeb. ita in lege generali non uidetur comprehendere tale quid quod legislator, si specialiter fuisset interrogatus, non statuisset. arg. l. tale pactum. s. fin. ff. de pact. nam cum lex fiat consilio prudentum. l. j. ff. de legib. non est uerisimile legem generalem eum casum comprehendere, quem uir bonus & prudens non statuisset, secundum Aristotelem in secundo Ethicorum. Ex quo sequitur, quod lex generalis non præsumat comprehendere casum inhonestum uel turpem. l. filius à patre. cū ibi notatis. ff. de lib. & posth. l. filius. ff. de cond. instit. & l. quamuis. ff. de aur. & arg. le. ubi legatis generaliter uestibus non intelliguntur legata uestes, quæ secundum legem, aut secundum bonum

Naturalis ratio pro lege scripta obseruatur.

nos mores gestari non possunt. l. cum sponsus. s. si res. ff. de pub. l. nec quasi. ff. de rei uend. l. si pater. ff. de his qua in frau. cred. l. Lucius. s. Imperatores. ff. de adm. tu. puta casum sapientem delictum, uel dolum, uel doli occasione prestare. l. in fundo. ff. de rei uendic. l. quod seruus. ff. de acq. pos. ubi dicitur, quod seruus uel filius familias acquirens aliquid ex turpitudine uel illicito quaestu, non acquirat patri: quanquam regula sit, quod quicquid acquirat filius uel seruus, acquirat patri uel domino. l. placet. ff. de acq. hered. Item, si quis conductor promisit ignem in domo locata non habere, non intelligitur de igne necessario ad uictum se obligasse. l. uideamus. s. j. ff. loca. Itē restringitur secundum ius, ut qui promisit restituere hereditatem, intelligitur detracta falcidia uel trebellianica. l. cum certum. C. ad leg. falcid. Item infertur, si statuto cauetur, quod de damno dato stetur iuramento accusatoris, tamen illud iuramentum potest iudex moderare, si ultra mensuram iurasse constaret. arg. l. qui restituere. iuncta glo. ibi, sine ulla taxatione. et ibi Ang. ff. de rei uendic. not. in. l. qui bona. s. si quis. ff. de damno infec. Item, pater qui commisit arbitrio tutoris filiam nubere, non intelligitur ut possit nubere tutori. l. quanquam. ff. de ritu nupt. Ad hoc facit. l. si quis sub conditione. in princ. et ibi Bartol. ff. de condi. instit. et l. si fratres. s. fin. cum. l. sequen. ff. pro socio. et in. l. j. s. qui oneranda. ff. quarum rerum actio non datur. et hoc est quod dicimus, quod ab omni superioritate semper uidetur esse excepta honestas. l. cum libera. C. de ope. lib. et d. l. Quintus Mutius. ff. mand. Item, dicimus quod lex generalis ita restringi

fringi debet, ne quis lucrum ex dolo suo uel culpa capiat. l. j. ff. de dolo. l. uxori. ff. de usufruc. leg. l. ita demum. in princip. ff. de arbit. pulcher textus in. l. lege. ff. de leg. com. Item, ne quis ex bono opere damnus patiatur aut poenam. l. Gracchus. C. de adult. l. iij. s. transfugas. ff. de sicarijs. l. is qui aggressor. C. eod. l. quis sit fugitiuus. s. apud Labeonē. ff. de adil. edict. Itē, ne melioris sint conditionis mali, quam boni; aut stulti, quam prudentes; aut contumaces, quam obediētes. l. quod seruus. ff. quod ui aut clam. l. j. s. j. ff. de dona. inter uirum et uxo. c. contingit. extra de dolo et contumacia. Vbi dicitur, quod si alicui est concessa licentia à ius dicente apprehendendi possessionem alicuius, si is, contra quem est concessa licentia dolo uel ui impedit, quo minus apprehendatur, intelligitur ipso iure esse apprehensa. Item, dicimus quod in lege generali non intelligitur comprehendi casus, qui esset contra pietatem parentum, uel proprii sanguinis, uel patris. l. minime. ff. de relig. et sumpt. fune. l. praeses. C. de seruit. et aqua. Vnde si statuto imponeretur poena syndico non denunciati malum, syndicus non incidit in poenam, si non denunciavit malum proprium uel patris uel filij. arg. l. ij. ff. de recepta. et ibi not. ponit Barto. in. l. diuus. ff. de custo. et exhi. reo. Et ut generaliter dicatur, in lege generali non intelligitur comprehendi casus illicitus et iniustus: quia nihil absurdius esse potest, quam legem iustam ad interpretationem iniustam trahere, arg. l. pen. ff. ad exhiben. l. si possessor ex hereditate. ff. de petit. hered. uel talem casum per quem fieret fraus legi. Ad hoc optime facit. l. cum hi. s. sed cum lis. et ibi Bartolus. ff. de transac.

In lege generali casus iniustus aut illicitus non comprehenditur.

& supra dixi, qualiter extendatur lex, quia eadem ratione restringeretur. Item, debet restringi, ne quis alienum lucrum suo proprio praponat. l. praeses. C. de serui. & aqua. l. uenditor. §. si constat. ff. communia praedi. l. amicisimos. §. Lucius. de excu. tuto. & in. l. j. §. praterea. ff. de tut. & rat. dist. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & ibi Cin. c. peti. de iureiurando. nam in generali sermone non includitur persona loquentis. l. inquisitio. C. de solu. & Bald. in. l. petitionem. C. de aduoca. diuer. iudic. & nemo tenetur contra se actionem uel ius cedere. Bald. in. l. ij. C. an ser. ex suo fact. Item, restringuntur propter casum necessitatis: ut in. l. post legatum. §. aduocatum. ff. de his qui. ut indig. ubi uide plura in illa lege ad propositum. & in. l. diuus. ff. de petit. hered. uide supra de causa inopinata. Item, restringitur, ne fiat captiosa interpretatio. l. si uxori. in princ. ff. de auro & argen. lega. l. si cum exceptione. §. alium. ff. quod metus cau. l. cum Aquiliana. ff. de transact. l. quia. ff. de interrog. acti. cum similibus. Ex quo inferunt Doctores, quod confirmans generaliter statuta uel consuetudines, uel iurans ea seruare, non extenditur ad legem uel consuetudinem illicitam. l. j. & ibi Barto. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. & l. j. C. de monopo. & textus expressus in. c. j. de iureiuran. lib. vj. l. non uidetur. §. qui iussu. ff. de regu. iuris: Hinc etiam dicitur: Si testator substituit filio uel filiae, si sine liberis decefferit: intelligitur de legitimis. l. ex facto. ff. ad Trebell. Item, quod dicitur, in generali inuestitura: intelligitur de iustis feudis tantum, non de iniustis esse facta. textus optimus in. c. j. per quos si. inuestitura, in usibus feud.

in generali  
 sermone  
 persona lo  
 quentis  
 et exceptio

feud. Item, non tenetur poena aliqua, qui excemerit eum, qui in ius uocari non debuit uel non potuit. l. j. in fin. cum l. seq. ff. ne quis eum qui in ius. Item dicimus, quod in generali lege & fauorabili non continentur odiosa. l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. ff. de lega. ij. & ibi Barto. & in. c. alma mater. de sentent. excommu. lib. vj. Nam cum iura naturalia & quae a naturali ratione procedunt non requirant scripturam, quia diuina quadam prudentia seruantur, id est ratione, quae dicitur nobis communis cum dijs: ut Institui. de iure naturali. §. ius gentium. & §. sed naturalia. non est opus, quod in lege exprimat. quia tantae auctoritatis sunt, ut non indigeant scriptura. l. imò magna. ff. de legi. & ut inquit Seneca: Quaedam non scripta scriptis omnibus certiora sunt. Nam si iura noua, puta municipalia non intelliguntur abrogare aut derogare legi communi ciuili, nisi exprimat. l. j. C. de inoffi. dor. l. si quando. C. de inoffic. testamen. c. cum dilectus, extra de consuet. c. inter dilectos. extra de fide instrumē. & in. c. si papa. de priui. li. vj. licet possint abrogare & derogare, ut in. l. omnes populi. de iusti. & iure. Institui. de iure naturali, gent. & ciui. §. j. & §. sed naturalia. in fi. ergo multo minus iura naturalia uidebuntur esse abrogata, cum abrogari non possint. d. §. sed natura. & l. senatus. ff. de usufruct. ca. re. quae. & l. tutelae. ff. de capitis diminut. Et quanquam lex ciuilis possit iurigentium & naturali supplere uel detrabere, aut unum ius propter maius bonum alteri prapondere. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. l. j. C. de legib. l. j. ff. de usuca. & plene notatur per Ioan. Andree in regula, male fidei possessor, de reg. iuris. m. vj.

in. vj. tamen non debemus à iure & æquitate naturali recedere, nisi lex expresse scripta sit. l. j. C. de legib. & l. placuit. C. de iudic. & c. j. & c. ne in iuris. extra de constitu. Scire tamen oportet, quòd pluribus alijs rationibus solet una lex per aliam restringi & ampliari: uel per auctoritatem superioris, puta si quis atrocissimum crimen commisit ultra consuetum, potest poena grauiori puniri quam in lege contineatur. Et quanquam superior hoc possit efficere, non tamen possit iudex, ut dixit gloss. in. l. diuus. ff. de fal. Item si quis parum legem transgressus est, quanquam rationabiliter per superiorem ignosci possit, non tamen iudex hoc possit efficere: ut dicitur plenè in quarta parte principali, & notatur in. l.

& si seucior. ff. de his qui not. infam. & in. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de infami.

SECUN

# Secunda Pars PRINCIPALIS.



VNC de secunda parte principali, scilicet de contrarijs legibus Secundo principaliter contingit esse quæstiones, cum leges uidentur aut sunt contrariæ: ut. l. nam & posteriores. cum. l. seq. & ibi not. ff. de legi. de quo nunc nobis dicendū incumbit. Et primo dicitur quòd quatenus saluo sermone & sententiæ legis fieri possit, leges inuicè esse concordandas, non corrigendas. Secundo, quotupliciter leges inuicè possunt cõcordari & limitari. Tertio qualiter & quotupliciter una lex intelligatur aliã corrigere. Quarto, de quibusdam quæstionibus perplexis. Quinto, quando leges inuicem ita sunt cõtrariæ ut nullo modo possint concordari. Et circa primam partem præmitto, quòd nõ solum leges sunt inuicem concordandæ: ut. d. l. nam & posteriores. ff. eod. & l. unica. C. de inoffic. dot. sed etiam statuta municipalia siue consuetudines sunt concordandæ cum legibus & regulis iuris communis, quatenus fieri potest: ut in. c. dilectus. extra de consuetu. c. inter dilectos. extra de fide instru. & in. c. j. de constitu. lib. vj. & in. c. si papa. de priui. lib. vj. & l. de quibus. ff. de legib. Statuta equidem & consuetudines inuicem esse concordandas nemini

nemini dubium esse debet. arg. l. nam & ea. ff. de condit. & demon. c. nihil obstat. extra de uerb. signi. nam quemadmodum se habent leges communes inuicem, ita se debent habere leges municipales, quia & ipse leges siue iura nuncupantur: ut l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & Instit. de iur. naturali, gentium & ciuili. s. ij. Illud omnino ergo notandum erit, quod leges, quatenus sententia & uerba patiantur, inuicem potius esse concordandas quam corrigendas. d. l. unica. C. de inoffic. dot. l. precipimus. C. de appell. Nam multae leges inuicem uidentur contrariae, & tamen non sunt: ut dixit imperator in prima constitutione C. s. quibus. & no. l. omnes. ff. de except. Cum enim leges consilio prudentum fiant. l. j. ff. eo. & summis uigilijs & laboribus constituantur, non est credendum facile eas per leges posteriores esse correptas, nisi expresse dicatur: ut dixit imperator in l. si quando. C. de inoffic. testa. & in Authent. de success. ab intest. in prin. facit optimè. c. ex parte tua. ff. de offi. deleg. Siue statuta sint praeter ius commune, siue secundum ius commune, siue contra, limitantur, distinguuntur & interpretantur ab ipso iure commune: ut in iuris supra allega. Adde quae dicta sunt supra, quare privilegia sunt inuenta, & hoc maxime triplici ratione. Prima, quia à consilio maiorum nostrorum & prudentiorum non est recedendum. c. j. & c. ne imitaris. de const. at leges ciuiles & iura canonica condita & promulgata sunt à maioribus & prudentioribus nostris: nam leges ciuiles à deo per ora principum dicuntur esse promulgatae. l. ij. & ibi nota. ff. de legi. l. fin. C. de praescript. lon. tempo. Item per Iurisconsultos, qui arbitri aequitatis uocati sunt. ij. distinc.

c. respon

c. responsa. ergo à legibus ciuilibus & canonicis non est recedendum. Secunda, quia leges communes sunt antiquiores quam municipalia, & longiori tempore & pluribus in locis obseruatae sint, ergo ab ipsis non est facile recedendum. l. minime. & l. si de interpretatione. ff. de legibus. Tertia, quia lex noua non nisi euidentissima equitate constituenda est, quia nouitates solent scandala parturire. ff. de constitu. princi. ergo non est praesumendum, quod statuentes uelint ius nouum facere, nisi expresse dicatur. Iura ergo municipalia distinguenda & interpretanda sunt secundum leges antiquas diu obseruatas, à nostris maioribus & prudentioribus constitutas. Quanquam Barto. summus iuris apex, dixerit statuta idem disponentia quod ius commune, ita esse intelligenda, ut aliquid operentur ultra ius commune, & maxime cum uerbis generalibus sint concepta. ut ipse notat in l. j. s. nunciatio. uersicu. item nunciationem. ff. de ope. no. nuncia. & in l. ij. ff. de usuca. & l. j. C. de sacrosanct. eccle. & l. iij. s. praetor ait. ff. de damno infecto. Et quanquam eius autoritas sit maxima, tamen iura & leges & rationes praedictae eius autoritati praeposenda sunt: ut in prima constitutione. C. & infra. Deo dante, pluribus exemplis & autoritatibus maxime glossarum, facile uidebitur non rectè sensisse. ait enim, Cum lex noua generalius loquatur, quam lex uetus, nouam legem non restringi per ueterem. allegat. l. j. s. nunciatio. ff. de no. ope. nunc. ibi, omnibus diebus. & l. j. in fi. ff. ad municip. & l. si quando. ff. de leg. j. Sed contra est expressa glossa à qua ipse Bar. dixit non esse recedendum in iudicando, in dicta

l. j. C

l.j. C. de sacrosanct. eccle. ibi, unusquisque glossa restringit, scilicet modo sit habilis secundum legem. & glo. in l.j. C. de fide instru. & ibi Bal. & dixit in l.j. ff. ad legem falcid. non obstant leges allegatae per Barto. Primo non obstat. l.j. §. nunciatio. de nou. ope. nunc. ibi, omnibus diebus. cum intelligatur etiā diebus feriatis: quia haec interpretatio larga fit propter aliam legē, qua cauetur quod nunciatio operis noui possit fieri diebus feriatis: ut. l. ij. ff. de ferijs. & per regulas ibi traditas. & in. c. fin. extra de ferijs. Non obstat. l.j. ff. ad muni. & l. si quando quia ibi ideo non restringuntur uerba, sed ampliatur: quia haec est secundum naturā rei; de qua loquuntur, scilicet in priuilegio & legato. Nam nisi ultra ius commune aliquid operaretur, non esset priuilegium: ut ibi patet. & .xxv. q. j. c. ideo. prope finem, & notatur in. c. fin. extra de obseruat. ieiuniorum. ubi uouens non comedere carnem, non potest comedere die dominico, nec in festo natiuitatis, si occurrerit die Veneris. Iura autem municipalia etiam si idem concederēt quod ius commune, non esset absurdum. notatur in. c. j. de constitut. in. vj. & in. d. c. cum dilectus. extra de constitu. quia potius credendum est uoluisse aut legem ueterem declarare, & omnibus innotescere, aut aliam quam prauam consuetudinem contrariam, uel saltem dubitatā tollere per supra allegata. & optimē facit. c. sunt quidem. cum seq. xxv. q. j. Adde. l. fin. C. de indi. uidui. tol. ibi, ne tamen simplices animos ambiguitas moueat. l. j. §. sed sciendum. de edil. edict. ibi, idem dixisse, ne qua dubitatio superesset, & optimus textus in. l. j. ff. de aestima. act. nec ad praedicta omittas uidere gloss. in. l. fin. §. in computatione

tatione. C. de iure delib. quam Bar. ibi in ulti. uerbis singulariter exclamat Bar. tamen in. l. j. C. de sacrosan. eccle. se uoluit limitare dupliciter. Primo, nisi per illa uerba generalia aliquid dispensaretur contra ius naturale uel gētuum. per. l. j. & l. si. C. de testam. mil. Secundo, nisi per talem generalitatem tertius lederetur, per. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publ. cum similibus. Eandem limitationem tenet Bal. in. l. si quando. in princ. C. de inoffic. test. & Bart. in. l. si filius. ff. de donat. & Angel. in. l. ait praetor. ff. de iudic. Notandum ergo erit quoties uerba generalia alicuius statuti uidentur esse facta in priuilegium certarum personarum, uel certarum causarum, puta ecclesiae, reipub. dotis, uel forensium, uel clericorum, quod tunc non erunt restringenda, secundum Bartol. & leges per eum allegatas. Quod autem dicatur ius singulare, uide in. l. ius singulare. ff. de legibus. & facit. l. j. & l. iij. ff. de constitution. princip. secus si non sunt facta in priuilegium aliquarum personarum uel causarum, sed generaliter sunt concepta. Ex quo sequitur, quod si statuto cauetur, quod quicumq; admittantur ad accusandum uel testificandum in causa criminali lesa maiestatis, quod tunc etiam inhabilis de iure ciuili ad accusandū uel testificandum admittetur: quia uidetur continere ius singulare. Sed si statutum diceret generaliter, quod quilibet accusare possit, uel statutum induceret nouam prouisionem contra delictum, & admitteret quamcunque personam ad accusandum, quia restringitur secundum ius commune, & ita etiam determinat Bald. in rub. C. qui accu. pos. Et ut res exemplis magis elucescat, subijcio

Verba generalia alicuius statuti, in priuilegiū ei, in priuilegiū causarū aut personarū facta, nō restringuntur.



etiam plures questiones quas ad propositum nostrum re-  
perio decisas per uarios Doctores, et uarios locos disper-  
sas. Et primo, quando statuta sunt contraria iuri commu-  
ni, uel inuicem sunt contraria: et tum restringuntur qua-  
tenus possibile est ut minus ledant ius commune. Dicunt  
enim Doct. si statuto cauetur quod sententia lata in ali-  
qua causa graui mittatur executioni, non obstante aliqua  
appellatione uel nullitate, quod tale statutum debet intelli-  
gi non ab aliqua appellatione friuola uel nullitate calum-  
niosa opposita, sed de appellatione iusta uel nullitate: si-  
cut notatur in l. j. s. ff. a quib. app. non licet. et in c. ut  
debitus honor. extra de app. Bar. in l. oes populi in fi. ff.  
de iust. et iu. Item, restringitur, dummodo non opponatur ta-  
lis nullitas, de qua constare possit ex inspectione actorum  
ueluti quod processum fuerit contra minorem indefensum  
sine tutore uel curatore. ita notabiliter dicit Io. Andr. in  
tit. de sent. s. ut autem. in addit. que incipit ad hanc. et  
Bal. in l. j. C. ne lic. in una eademque causa. Item poterit op-  
poni nullitas cuius est prompta probatio et manifesta  
nec altiore requirit indaginem: ut in l. j. C. quando pro-  
uoc. non est nec. et arguitur. c. literas. uer si. preterea. de  
restit. spol. et l. j. et l. de pupillo. ff. de oper. no. nunc. et  
l. ille a quo. ff. ad Trebell. et no. in l. iij. s. condemnatum.  
ff. de re iud. et l. iudicati. C. si ex fals. instr. et l. si pra-  
tor. s. Marcellus. ff. de iudic. cum simil. Vide etiam l. j. s.  
j. ff. quod ui aut clam. per glos. et Bart. Item, si statuto  
cauetur, quod sententia mittatur executioni, non ob-  
stante aliqua exceptione, intelligitur friuola: sed tamen  
poterit opponi exceptio, que declarat et interpreta-  
tur

tur ipsam sententiam aequè et iuste secundum alias le-  
ges, ut est glos. et ibi Bartol. in l. j. s. denique. ff. quod ui  
aut clam. et in l. non tantum. uer. quod si pro emptore.  
ff. de petit. hered. et l. ita pudor. C. de adulte. Item, po-  
terit opponi exceptio que resultat ex his, que deducit  
uel facit ipsemet producens instrumentum sententiae. l.  
uenditores. ff. de uerbor. oblig. l. cum proponis. C. de nau.  
fe. l. Iulianus. s. offerri. ff. de act. empt. et l. traditio. C.  
eod. tit. Item, de statuto cum clausula, quod non obstan-  
te aliqua exceptione et c. uide omnino Angel. in d. l. non  
tantum. s. quod si ex emptore. ff. de petit. hered. quia in-  
telligitur de friuola. secus si reperiatu competeret de iu-  
re communi. et idem in repetitione Archid. ij. q. vij. c.  
lator. et l. fin. in fin. C. de sentent. et interloc. om. iudic.  
Item, si statuto cauetur, quod pater tantum teneatur do-  
tare filiam, et ea sit sola in successione patris, debet in-  
telligi, si filia sit honeste uita: secundum Bald. in l. fi. C.  
de spons. et Laurent. Palaz. in suo tractatu, in folio octa-  
uo. Contra uidetur, quod dos non debetur ut maritanda,  
sed ut succedenti in hoc loco, sicut hereditas non remitti-  
tur per adulterium. Item, si statuto cauetur, quod iudex  
debeat procedere reseruatis exceptionibus in fine litis, ta-  
men si opponatur exceptio, que impedit litis ingressum,  
uel alia exceptio peremptoria, ex qua resultat nullitas  
iudicij instituti, que exceptio probaretur notorie, ita  
quod per partem aduersam nihil possit opponi, puta per  
instrumentum confessionis, uel probatio esset promptissi-  
ma, nec requireret altiore indaginem, tunc iudex de-  
bet super ea cognoscere, antequam ulterius proceda-

tur, & determinat Specul. in titul. de except. §. d. uer. ut autem in fin. & Ioan. Andr. in addit. ibidem & not. Doctores in. c. j. & in. c. pastora. de excep. arg. l. is a quo ff. ad Trebell. & c. j. de excep. lib. vj. & ibi not. Item, si statuto cauetur ut iudex possit procedere in certis causis omissa omni solemnitate iuris, intelligitur dummodo non omittatur solemnitas procedens de iure gentium & naturali, ut citatio & similes, de quibus per Bar. in. l. si filius. de don. & in extrauaganti ad reprimendum. in uer. sine figura. & in. l. j. ff. de testa. mil. & in Clem. dispendio sam. de iudic. & simil. Idem dicendum erit de statuto uolente ut iudex in sententiando teneatur inspicere merita cause, non autem nullitatis processus procedentes ex solemnitate iudicij. Item, si statuto cauetur, quod statuta intelligantur ad liberam, sine aliqua interpretatione, debet intelligi de interpretatione friuola, uel extensiuā, nō de interpretatione declaratiua statuti: ut dicit Bal. in. l. omnes populi. prope finem. ff. de iust. & iur. & infra in fine huius tractatus plenē dicitur. Item, si statuto cauetur, quod lauda & præcepta iudicis in iudicio facta mittantur executioni, non obstante aliqua exceptione, intelligitur, nisi obstaret aliqua exceptio, quæ resullaret ex ipso statuto uel alio in uolumine posito: uel nisi opponeretur exceptio, per quam constaret illud laudū uel præceptum esse nullum, & non mereri nomen laudi uel præcepti: quia ante omnia constare debet de substantia rei, quam fiat executio. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudi. l. si queramus. ff. de testa. puta, exceptio incompetētis iudicis, ut est gl. in cle. j. in fi. de sequest. pos. puto contrariū,

maxi

maxime si dixit exceptione nullitatis: tunc enim etiā laudum & præceptum nomine, & putatiū habet hæc executionem. Item poterit opponi exceptio simulationis. l. j. C. plus ualere quod agitur. per Bal. & l. j. C. de sal. cau. ad leg. licet uarie loquatur. & Bar. in. l. nemo potest. de leg. j. & in. l. j. ff. quod ui aut clam. ibi, plenissime. Itē, poterit opponi de nullitate compromissi: secundum Bal. & illeg. Salic. in. l. iij. §. si seruus. ff. de procu. Itē, poterit opponi exceptio cōtraria laudis: ut dicit idem ipse Bal. in. l. j. C. sent. resc. non pos. Item, poterit opponi exceptio impossibilitatis, uel ut, ut det montem aureū, aut hominem mortuum. c. ut debitus honor. de app. Item, si lata cōtra eos qui non sunt nominati in sententia. Item, euidenē errorem, ut pupillū de adulterio. Item, exceptionē postea superuenientē, ut solutionis & præscriptionis. Itē, aliud genus impediendi executionem, quam exceptio, ut supplicationis & restitutionis & c. Item, poterit reus implorare officium iudicis, ne cogatur soluere indebitum, si habeat exceptiones quas opponere non possit ex forma statuti. arg. l. illicitas. ff. de off. præsi. in princ. quia aliud est exceptio, aliud officiū iudicis. l. iij. in fi. & l. fi. ff. nau. caup. sta. Bar. in. l. j. ff. quod ui aut clam. quē uide. Item, potest opponi exceptio cōtra personā agētis. arg. l. si. de inoffi. testa. & l. si queramus de testamēto. & l. quidā referunt. ff. de iu. codic. Itē, si statuto nō possit opponi aliqua exceptio, nisi quædā enumeratæ per statutum, quod nihilominus poterunt opponi exceptiones pares exceptuatis: ita dixit singulariter Ang. in. l. ita pudor. C. de adul. & in. l. j. C. de bon. pos. cōtratab. ibi his solis & c.

G 3 quod

quod intelligendum est, quo ad remissionem exceptionis dilatorie non peremptoriae, per. l. si fideiusfor. §. quaedam. ff. mand. Bar. in. l. si filius. ff. de don. Amplius dicunt Doctores: si statuto caueatur aliquid, quod sit contra ius commune, & adijcitur clausula, non obstante aliqua lege uel statuto, debet talis clausula intelligi, nisi aliquo modo, uel per distinctionem, uel restrictionem, uel modificationem, uel aliter possit aperte concordari per aliam legem uel statutum: ut dixit gl. iuncta textui multum notabili in Authent. de success. ab inte. circa princ. & Bar. in Authent. itaq; C. eo. de success. & Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, non obstantibus, & in. l. omnes populi. prope si. ff. de iusti. & iu. facit. d. l. j. C. de inoffi. dot. & text. in. j. constit. C. §. quibus. & in. c. cum expediat. de elect. in. vj. Ex quo inferunt Doctores mirabiliter: si statuto cauetur, quod sententiae ferantur cum certa solemnitate, uel certo modo, & postea aliud statutum simpliciter dicat, quod sententiae mandentur executioni infra decem dies, non obstante aliquo statuto, certe sententia lata contra formam alterius statuti, dantis illam formam, non mandabitur executioni: secundum Io. Andr. in addit. Spec. in tit. de execut. sent. §. postremo. alleg. l. specialis. de inoffi. testa. & d. l. in ambiguo. de reg. iur. quia clausula, non obstante aliqua lege uel statuto: non impedit quo minus unum statutum possit suppleri per aliud: ut idem tenet Bartol. in. l. praetor. §. eritq; ff. de ui bonor. rapt. Illud tamen notandum est, quod si in lege noua diceretur non obstante aliqua lege, siue generali, siue speciali, quod secundum Bart. in. d. extrauagante, lex noua non restringeretur per ueterem

terem: secundum. l. sed & posteriores. ff. de legib. similem questionem ponit idem Io. Andr. in tit. de sent. §. ut autem. in addit. ubi dicit: Si statuto non possit opponi aliqua exceptio contra praecipuum iudicis, alio statuto, quod minor non possit obligari sine certa solemnitate, non mandabitur executioni. allegat. l. non putauit. §. non quauis. ff. contrat. ab. Idem tenuit Bar. in. d. l. j. quod ui aut clam. quia talis clausula debet intelligi, nisi talis exceptio opponatur, quae resularet ex alio statuto, faciunt notabiliter in. l. iij. §. condemnatum. de re iudic. & glos. in. c. tu. de cleric. non resid. & quod not. in. c. statutum. de rescript. lib. vj. & per Bald. in. l. j. C. ne lic. tertio pro uoca. Vides ergo ex praedictis quot exemplis & quot autoritatibus tibi illucescit, legem nouam etiam iuri contrariam esse restringendam per rationem naturalem, aut necessariam, aut euidentem: ut ex praedictis patet, quatenus saluo sermone & sententia legislatoris fieri possit. Idem uidemus in priuilegijs, quae in dubio non uidentur derogare, ut dixit text. & ibi plene not. in. l. j. C. quando Imperator inter pupil. & uid. & c. Imò si in generali constitutione esset clausula derogatoria, non obstantibus aliquibus priuilegijs & c. debet quatenus possibile est, restringi, ut minus tollantur priuilegia. ex quo dixit Cin. in. d. l. j. quod per talē clausulam generalē nunquam intelligitur esse sublatum priuilegium aliis concessum personae priuilegiatae: propter duplex uinculum priuilegij. facit quod notat singulariter Bar. in. l. libertatis. la ultima §. posthumus. de alim. & ci. leg. ubi per talem clausulam non uidetur esse derogatum priuilegium concessum ob

causam alimentorum. Item, non intelligitur esse abrogatum privilegium concessum ad fabricationem ecclesie uel reparationem. c. si propter tua debita. de rescript. in. vj. Item, non intelligitur esse derogatum privilegium, quod est inclusum in corpore iuris uel statutorum. l. ij. §. legatis. de re iudi. & in Authent. que in prouincia. ubi gl. & Ang. C. ubi de cri. agi op. & in l. heres absens. in princ. ff. de iudi. Item, non intelligitur esse derogatum privilegium, quod ratione naturali uel iure communi comprobatur. l. sed & milites. in princ. ff. de excus. tut. ibi, nisi fortasse iustam & c. & gl. in cle. dudum. §. uos etenim. in uerbo. pacta. de execut. Item, non intelligitur abrogatum privilegium iuramento confirmatum. glos. in. c. cum non debeat. in uerbo, effectus. de elect. lib. vj. Item, non intelligitur esse abrogatum privilegium, quod transit in uim contractus: ut not. Inno. in. c. in nostra. de iureiur. & no. in. l. digna uox. C. de legib. & per Inno. in. c. que in ecclesiis. de constit. l. quoties. C. de preci. imper. off. & l. rescriptam. & in. l. fin. C. si contra ius uel util. pub. & not. in. l. Lucius. ff. de euiet. l. si uerberatum. ff. de rei uer. & in. l. si bene a Zenone. C. de quadr. prescrip. nam non est par ratio legum & contractuum, ad quod uide pulchre Bal. in. c. j. de na. feu. & hæc intellige, nisi subsit iusta causa: & si dicatur, quod princeps semper uidetur esse motus iusta causa, adeo ut non admittatur probatio in contrarium, ut dixit Cin. in. l. si. C. si contra ius uel util. pub. Sed intellige illud ubi motu proprio, non ubi ad postulationem partis Imperator aliquid concessisset, ut no. in. l. j. C. de petit. bon. sub. lib. x. & in. d. l. quoties. supra alle

allegata: & generaliter non intelligitur esse abrogatum privilegium, cui concedens uerisimiliter non esset derogaturus: ut in. c. cum olim. extra de re iudic. & not. in. c. et cui. de preben. lib. vj. & c. ij. de decim. lib. vj. & de reg. iur. c. in generali. eod. lib. & ff. de pign. l. in obligatione. & faciunt optimè notata per Barto. in. l. humanum. C. de legib. & per Ioan. Andr. in addit. in titu. de censi. §. nunc dicendum. uerfi. si per hanc legem. & in tit. de instrumentorum aditione. §. nunc uero aliqua. in fin. & C. de sacrosanct. eccle. l. privilegia. & l. qui se patris. C. unde lib. per Bart. & Bald. ibi. In quibus ergo casibus per generalem clausulam non obstante, uel per generalem constitutionem non uidetur esse derogatum privilegio, multo minus iuri communi, cum facilius tollatur privilegium quam ius commune. l. eius militis. §. militia miß. ff. de testamen. milita. Vide notata per Specu. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. uerfi. xvij. quod illa clausula in privilegio posita: & de plenitudine potestatis nostræ, superplenus omnes defectus & c. intelligitur uelle dispensare circa solemnia tantum, non circa naturales defectus: quod est notandum. facit. l. & habet. §. si pupillus. ff. de tut. & notatur in. l. precibus C. de impube. & al. substitu. ubi miles licet possit substituere directo post tempora pubertatis, tamen non presumitur uoluisse in præiudicium matris: quia tale ius est fundatum in iure naturali. facit. l. in testamento. C. de testam. milit. & melius per Bart. in l. j. ff. de milit. testam. & in. l. j. C. de sacrosanct. eccle. Sed iuxta hoc occurrit dubium. Pone: statuto aliquid disponitur, quod est contra regulas iuris communis, puta quod

teneatur adere instrumenta actori, modo clarum est, quod aliquando reus tenetur adere instrumenta actori in quibusdam casibus specialibus, ut in fisco uel pia causa, an reus indistincte tenetur adere instrumenta actori, quod non, per supradicta: quia statutum potest intelligi in illis casibus specialibus et privilegiatis: et sic non erit contra ius commune, sed secundum ius commune. Contra facit, quia statutum intelligitur esse factum in his quae plerumque accidunt. l. nam ad ea. ff. eo. Itē, sequeretur, quod statutum loquens generaliter, uideretur factum in singulas personas, et quia contineret ius singulare: quod non est presumendum. l. iura constituta. et. l. ius singulare. ff. eod. et hoc credo uerius. Ex quo colligo unam conclusionem, quod ubi statutum est contra ius commune et loquitur generaliter, potius intelligatur uelle derogare regulae iuris communis, quam ita restringatur, ut presumatur uoluisse providere et disponere in casibus specialibus uel privilegiatis, exceptis a dicta clausula iuris communis. et ita potest intelligi in. l. in his. ff. eod. per leges supra allegatas. Non obstat extrauag. supra allegata, in quibus ostenditur, statutum contrarium iuri communi esse restringendum, quod tale statutum non restringitur, ad casus speciales, sed quod restringatur per distinctionem regularem iuris communis. Verbi gratia: Si statuto simpliciter caueatur, quod reus teneatur adere instrumenta actori, ista regula generalis, est contra regulam iuris communis, quae restringitur dupliciter. Vno modo, de iure communi: secundo modo, de iure speciali. De iure communi restringitur, nisi actor fundasset intentionem suam: quia

tunc

tunc reus tenetur adere instrumenta ad declarandam intentionem actoris, uel ad replicationem: ut notatur in. l. j. et. l. fi. C. de eden. et. c. j. de proba. et isto modo et ad illos casus tantum restringitur dictum statutum. Secundo modo restringitur de iure speciali: puta, quod reus tenetur adere instrumenta fisco: ut. l. iustum. C. eod. et hoc modo restringeretur dictum statutum per. l. nam ad ea. et. l. iura. et. l. in his. et. l. ius singulare. ff. eo. Sed iterum obstat quod supra dixi: per legem uel statutum generale, non intelligitur esse abrogatum privilegium et c. Ergo illud statutum debet ita intelligi, ut non derogetur privilegio fisci et c. Sed respondetur, quod extra, supra posita loquuntur, quando lex uel statutum generale posset aliquid operari, etiam non derogando privilegijs. Sed in casu nostro nihil operaretur, cum statutum uoluerit aliquid operari contra ius commune, cum sit ei contrarium. l. j. in. fin. ff. ad mun. et potius debet intelligi ut deroget privilegijs quam iuri communi. l. sed et milites. in princ. ff. de excu. tuto. l. in testamento. C. de testam. milit. cum similibus. Ex quibus habes tres conclusiones. Prima, quod ubi statutum est contra ius commune, potius restringitur de iure communi quam a iure speciali, per. l. sed et milites. et. l. in testamento. supra alleg. Secunda conclusio, quando statutum est contrarium iuri communi, potius debet intelligi, ut deroget regulae iuris communis, quam ut restringatur ad casus speciales contrarios regulae iuris communis: per dictam. l. nam ad ea. et. l. ius singulare. et. l. in his. ff. eod. Tertia conclusio est, quod statutum contrarium iuri communi, debet ita intelligi, ut

aliquid

aliquid operetur contra ius commune. l. i. in fin. ff. ad mu-  
 ni. secus si esset statutum secundum ius commune, quia  
 non debet intelligi ut derogat iuri communi. c. si papa.  
 de privilegijs lib. vj. c. cum dilectus. de consuetud. cum  
 similibus. Ad hoc facit. l. qui mutuam. ff. manda. et. l. le-  
 gata inutiliter. ff. de lega. i. et infra dicitur. et modo in-  
 telligis quod dici solet: Statutum contra ius commune  
 non debet interpretari secundum ius commune. Item,  
 statuta debent intelligi ut aliquid operentur. Item, illud  
 quod statuta contraria iuri communi restringuntur,  
 quantum uerba et sententia patiuntur: in quibus uidi  
 doctos et imperitos decipi. Nunc subiiciamus exempla,  
 quando statutum est præter ius commune, id est, quan-  
 do statutum nec in totum iuri communi derogat, nec in  
 totum ei seruit: ut in simili dicitur de iure civili erga ius  
 naturale. l. ius civile. de legibus. et ita expresse declarat  
 glo. ff. ex quib. cau. maio. et. l. nec non. §. quod eis. in uerb.  
 non prohibeant. Statuto cauetur, quod syndicus teneatur  
 denunciare delictum intra decem dies a die commissi delicti, sub  
 certa poena, certe syndicus excusabitur, si non denunciaue-  
 rit intra dictum tempus, quando crimen est clam com-  
 missum: quia ignorantia iusta excusat a poena. l. genero.  
 ff. de his qui not. infam. et. ibi Barto. et. l. semper. §. hoc  
 interdictum. ff. quod ui aut clam. l. ait prætor. ff. de ca-  
 lum. licet ignorantia non profit ad lucrum consequen-  
 dum. l. si quis in graui. ff. ad Sillei. et. ibi Bar. et. l. quere  
 la. ff. de fals. et. in. d. l. semper. et. Bald. in. l. fin. C. de dolo.  
 Item, queritur an stante dicto statuto syndicus teneatur  
 denunciare malefium proprium uel proximorum in san-

guine

guine. et uidebatur quod sic. arg. l. ab omnibus. §. a Ti-  
 tio. de leg. j. Item, bonum obedientie et bonum publicum  
 tenetur præponere proprio, et patris. ut. l. minime. ff. de  
 relig. et sump. fun. cum similibus. Contrarium determina-  
 tur. arg. l. uxore. §. codicillis. de leg. iij. ibi, dura separatio  
 et c. nam in generali sermone nimis durum semper uide-  
 tur exceptum. l. si cui. ff. de seruit. Sed melius facit. c. cum  
 tibi. de poeniten. distin. iij. l. pen. ff. de arb. et. ibi nota. et  
 cum uidetur illicitum, ut quis seipsum accuset, non uidetur  
 comprehensum. c. ad nostram. de iure iur. Et officium suum  
 non debet esse sibi damnosum. c. cum non deceat. de elect.  
 in. vj. l. si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum testa.  
 aper. cum similibus. Nec potest quis proprium sanguinem  
 odio habere. l. j. ff. de pub. iud. l. ij. de recep. l. ut uim. ff. de  
 iust. et. iur. cum similibus: quod decidit Bar. in. l. diuus. et  
 supra dixi. ff. de custo. et. exhib. reo. Item, statutum quod  
 nulla teneatur emendare damnum datum, intelligitur, nisi  
 constet de malefactore. et dicitur constare de malefacto-  
 re, si quis in domo combusta inhabitabat, cum præsumi-  
 tur eius culpa combusta. l. j. ff. de offic. præse. uigilum. Itē,  
 si statuto cauetur, quod quis non audeat ingredi prædium  
 alienum sine licentia domini, sub certa poena, tum tale sta-  
 tutum non debet extendi ad eum qui bona fide, uel iusta  
 ignorantia ingreditur: puta, quia credebat tale prædium  
 esse suum: quia per ipsum, uel autoritate suorum posside-  
 batur, uel alio iusto errore. Nam quandocunque aliquid  
 prohibetur fieri, quod est de genere permissorum, et im-  
 ponitur poena, solum extēditur ad eos, qui scienter et do-  
 lose faciunt. facit optime. l. in rem. §. tignū. ff. de rei uend.

Bart.

Quis dicitur  
 constare de ma-  
 lefactore.

Bar. plenè in l. 1. ff. si quis test. lib. esse ius. fuerit. & Bar. in l. non solum. §. mandato. ff. de iniur. & optime facit. l. ij. C. de nox. facit. l. qui iure. ff. de acqui. pos. Item, si statuto cauetur, quòd diuisio possit peti nõ obstantè cursu alius cuius temporis, debet intelligi durante communionè; secus si præscriptum esset dominium; secundum gloss. & Bart. in l. fin. ff. pro dot. Item, si statuto cauetur, quòd omnibus currat præscriptio. x. annis, non petentibus debita intra decem annos, quòd talis præscriptio non currit contra nõ ualentes agere, secundum Bal. in Authent. nisi tricennal. C. de bo. ma. per. l. 1. C. de an. præscrip. Item, non extenditur ad minores, & alios habentes priuilegia circa præscriptionè. per. l. 1. C. quòdo imperator inter pupil. & uiduas. & l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. nõ est nec. per. c. constitutus. extra de in integ. resti. in fi. Dixit tamen Bart. quòd statutoria præscriptio nõ extèditur ad minores, quòdo tractatur de damno uitando; secus ubi tractatur de lucro captando, quòd mihi placet secundum ea quæ infra dicentur. Statuto cauetur, quòd hæres teneatur in solidum creditoribus hæreditarijs; dicunt Doct. quòd si hæres fecit inuentarium, quòd non poterit conueniri in solidum, hæreditate non existente soluendo. Nam statutum generaliter refertur ad ius communè, non solum ne quis puniatur iniuste, ut. l. ij. & l. fi. C. de nox. sed etiam ne quis perdat legis beneficium. l. fi. §. in cõputatione. in gloss. de iur. delib. & ibi omnes Doctores consentiunt. & c. cum dilectus. extra de consuet. & notat Bal. in l. ab executione. C. quorum appell. non recipian. Item, si statuto debitor per instrumentum publicum potest incarcerari, prout placuerit creditor

creditori, tum debitor poterit euitare carcerem eedendo bonis; ut. l. 1. & l. fi. C. qui bon. ced. pos. Vbi Bald. subdit, quòd statuta in terris ecclesie recipiunt interpretationè à iure canonico, & statuta in terris imperij recipiunt interpretationem à iure civili. arg. l. omnes populi. de iust. & iur. ita posset saluari opinio Bar. ut supra notata intelligantur de lucro procedente ex libera uoluntate, nulla subsistente ratione naturali. secus ubi ageretur de lucro & priuilegio proueniente & firmato ratione naturalis ueluti, ne quis maceretur in carcere, uel ne quis teneatur ultra uires hæreditatis; de quibus supra. Ad hoc facit: quia aliud est, quando tractatur de lucro proueniente cù damno alterius, aliud quando tractatur de lucro sine præiudicio alterius; de quo per gloss. & Doctores in l. Proculus. ff. de damno infect. Vnde notabiliter dixit Bald. in l. cum à matre. in fine. C. de rei uend. Stante statuto, quòd filius hæres non possit uenire contra factum patris, non tamen per hoc tollitur beneficium inuentarij, ut teneatur soluere ultra uires hæreditatis; ut per glo. in d. §. in computatione. nam cum tale beneficium sit secundum naturalè rationem; unde de iure canonico non est necessarium inuentarium, sed sufficit sola ratio naturalis: ut notatur in. c. quanquam. de usur. li. vj. in nouella. ergo statutum quòd debet intelligi secundum rationem naturalem, congruè recipere debet hanc interpretationem. arg. l. scire oportet. §. etsi maxime. de excu. tut. Alia autem beneficia inuentarij, quia non concernunt iustitiam naturalem, sed positiuam, talis hæres non haberet exemplum. in dicta. l. fin. C. de iure deliber. §. donec. & §. licentia. cum æquitas naturalis

ralis & canonica quandoq; talia beneficia non amittit: ut notatur. xliij. q. v. c. non sanè. per Archid. Item si statuto cauetur, ut stetur dicto saltuarij de damno dato, intelligitur, nisi probetur contrarium per plenas probationes: ut notatur in. l. j. C. si aduer. rem iudi. uel per facti eudentiam: ut per Azonem in Summa. C. ad. l. Aquil. quia ueritati semper locus esse debet. l. fin. ff. de proba. Item, debet intelligi, si modo saltuarius iurauerit. argu. l. iurisiur. C. de testi. & l. Theopompus. & ibi nota. ff. de do. te. prælega. Item, si statuto cauetur, ne mulier possit contrahere sine licentia uel consensu proximorum in tertio gradu, & non reperiatur aliquis in tertio: uel sint absentes, aded ut periculum sit expectare, poterit sine his contrahere. argu. l. si longius. ff. de iudi. & l. filius. ff. si cert. pe. circa quod tamè uide Bal. in. l. j. §. quod si nemo. circa fi. ff. quod cuiusque no. & in. l. transactione. & ibi moderni dantes remissionem. C. de transact. & Bald. in. c. j. in princ. circa finem Apparatus. de consue. rec. feu. & si unus reperiatur, tantum ille solus sufficiat: ut notat Bart. in. l. sciendum. de leg. j. & uide Bald. ad hæc in. l. in conuentione. C. de nupt. Item debet intelligi esse requirendum consilium proximorum, si modo sunt habiles ad consilium præstandum. ut Instit. de curat. §. j. & §. fin. Insti. de fidu. & not. in. l. j. C. de sacrosanct. eccle. & si ista mulier submitit aliquos extraneos, dicens eos esse proximiores, talis contractus ualebit in præiudicium mulieris. arg. l. j. C. si mi. ma. se dixit. & l. ij. ff. ad Vellei. & l. eleganter. ff. de dolo. l. per regulam. qui beneficio abutitur, id amittere uidetur. l. si. §. si uero postquam. C. de iur. delib.

I. isti

I. isti quidem. in princ. ff. quod met. cau. & l. frustra. de iur. Item, pone naturalem questionem: Statutum extat, quod liceat bannitū occidere: alio statuto imponitur poena portanti arma, modo quidam occidit bannitum cū armis uetitis, an iste incidat in poenam statuti de armis uetitis, & dicitur quod non: quia tale statutum loquens de armis, intelligitur, nisi portentur ex causa licita & permissa à statuto uel à lege cōmuni arg. l. Gracchus. C. de adul. & l. quid ergo. §. si heres. de leg. j. & ibi no. xxiiij. q. iij. c. qui peccat. & statutum permittens occasionem, permittit omne id per quod directè peruenitur ad illud. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurat. & l. illud. ff. de acq. here. Itè, semper inspicitur id quod principaliter agitur, non quod incidet. l. scientiam. §. qui tamē aliter. ff. ad leg. Aquil. l. si is qui duos. de lib. leg. Sed animus deferentis arma fuit ad bonum finem, scilicet ad pacificum statū ciuitatis. l. minime. ff. de relig. & sump. sine. Rursus Doctores ponunt talem questionem: Ego feci pacem cum quodam meo inimico, de non offendēdo eum, sub certa poena, postea iste cum quo feci pacem est bannitus, & stante statuto, quod liceat bannitum offendere, ego ipsum offendi, quærebatur an ego incidissem in poenam cōventionalem, uel in poenam alterius statuti, de rumpentibus pacem: & Oldradus tenuit, quod non incidit in poenam cōventionalem, quia priuata lex cōventionalis tollitur per legem continentem bonum publicū, quod uersatur in punitione delictorum. l. ita uulneratus. ff. ad le. Aquiliam. & hoc per. l. si quis in graui. §. utrū. ad Sill. l. si seruum. ff. de uerb. obl. l. quid ergo. §. heres. de leg.

H

leg.



leg. j. & utrobique per Bar. no. Item, non incidit in poenam statuti de rumpentibus pacem, quia tale statutum non debet trahi ad eos qui inferunt bellum civitati, & contrario iure contra civitatem utuntur. l. j. ff. quod quisque iur. facit. l. nulla ratio. ff. eo. Item, quia bannitus non est sub protectione civitatis: ut notatur in l. j. de hered. insti. cum similibus. Item queritur, Statuto cauetur quod forensis non possit querere possessionem immobilem in civitate, & alio statuto cauetur quod quarta pars bonorum interficientis applicetur consanguineis ipsius interfecti, alia pars facienti vindictam. quod si consanguinei interfecti sint forenses, quod potuerunt acquirere: quia ista statuta cum respiciant bonum publicum, quod consistit in punitione delictorum. d. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. non debet restringi per aliud statutum continens minorem utilitatem. l. si quis in gravi. s. utrum. ff. ad Sille. l. si necem. s. libertus. ff. de bo. liber. Statutum enim principaliter intendit punire delinquentes, & non videtur considerandum cui poena applicetur, quia venit in consequentiam argumento optimo in l. non solum. ff. de integ. restitut. ibi: non adipiscenda gratia hereditatis &c. Ita recitat Petrus de Anchar. Bartol. consuluisse de facto, & in simili ipse Petrus in c. j. de constitut. dicit se consuluisse per predicta Triusij, ubi est tale statutum, quod forensis non possit acquirere: & aliud statutum, quod dos mulieris committentis adulterium, applicetur marito, quod uir forensis habens uxorem Triusij habentem multa praedia in dote, & committentem adulterium potuit acquirere dictam dotem, & faciunt optimè notata in l. si quis

quis in gravi. s. utrum. ff. ad Sille. ubi vide Bar. ad interpretationem dicti statuti. Item, si statuto imponitur praemium occidenti hostem, quod extenditur etiam ad bannitum propter utilitatem publicam: ut per Bal. in l. j. C. de pre. imper. offer. Guiliel. in l. j. ff. de iureiur. Et si privilegio quis non possit conveniri de debito intra quinque mium, non intelligitur de debitis occasione delicti. l. ex parte. s. quanquam. ff. quod cum eo. Possent infinita exempla adduci, sed haec sufficiant, quia liquidissimè constare potest, statuta disponentia aliquid praeter ius commune, esse restringenda, & amplianda, & declaranda secundum regulas iuris communis. Si enim statuta contraria iuri communi restringuntur à iure communi, ut supra plenè dixi, quāto magis recipient interpretationem statuta, quae non in totum recedunt à iure communi, sed partim iuri communi consonant. Ex quo evidentius nobis constare potest, statuta quae consonant in totum iuri communi esse intelligenda & interpretanda secundum regulas iuris communis, de quo etiam text. expressè in c. dilectus. de consuetu. & in c. inter dilectos. de fid. instr. & in c. si papa. de priuil. lib. xj. l. ut gradatim. s. sed si lege. ff. de mun. & ho. & l. non est novum. & l. nam & posteriores. ff. eo. Sed notandum est quod aut statutum precise consonat iuri communi, & tunc planum est interpretationem eius esse adaequandam interpretationi iuris communis, per supra allegata: aut est contrarium iuri communi, & tunc contra ius commune est intelligendum, nec ab eo distinguitur nisi fortè ius commune haberet duo capitula: sicut duas partes: unā de iure civili, aliā de iure naturali: tunc quo ad

ius civile corrigitur, non quo ad ius naturale. facit quod not. Bar. in. l. j. de sacrosan. ecc. & in. l. j. ff. de testa. mil. Ang. in. l. ait prator. ff. de iudi. Doctores in. l. sancimus. §. ex imperfecto. & in. l. fi. C. famil. herc. Item, fallit quatenus contineret ius commune aliquod notabile privilegium. Verbi gratia: Mulierem non posse contrahere, intelligitur nisi ad pias causas, patrem teneri pro filio, non intelligitur ad criminalia. Aut statutum loquitur generalius, & sic potest, & tunc restringitur. Fallit in locis supra allegatis. Item, fallit nisi ratio expressa in statuto, se extenderet ultra rationem iuris communis, per ea que dicta sunt supra, an extendatur à pari ratione, ut in prima parte principali. Et harum legum est multiplex ratio. Primo, quia inducta ad unum finem, non debet operari eius contrarium. l. legata inutiliter. de leg. j. cum similibus. l. nulla ratio. ff. cod. Sed ista statuta sunt inducta ad firmationem iuris communis, cum sint ei consona. arg. text. optimi Instit. de bon. poss. §. aliquando. arg. l. quia actionum. ff. de præscrip. uer. ergo non debent interpretari ut infirmant seu derogent ius commune, cum confirmare & derogare sint repugnantia. patet. Secundo, una res in dubio non debet diuerso iure censi. l. eū qui ades. ff. de usucap. Sed intellige quod si talia statuta derogarent & confirmarent ius commune, diuerso modo censerentur. ergo & c. Tertio, lex in dubio non præsumitur iisdem uerbis unam rem diuerso modo terminare. l. nam hoc iure. ff. de uulg. & pup. l. quamuis. ff. de impub. & alijs substitut. cum similibus. At si talia statuta intelligerentur partim à iure communi recedere, diuerso modo deter

determinarentur. ergo & c. Quarto, ut prædixi in principio, in dubio non est recedendum ab auctoritate maiorum & prudentiorum nostrorum, scilicet iurisperitorum, & iurisconsultorum. c. ne imitatis. de constitut. Quinto, cum leges & regulæ iuris communis diu fuerint obseruatæ, non facile ab eis est recedendum. l. minime. & l. si de interpretatione. ff. eo. Sexto, lex noua nõ est fienda sine euidentissima uilitate. l. ij. ff. de constit. princip. Ergo si statuta iuri communi non sunt consona, in dubio ita erunt interpretanda, ne quid noui inducere uelint. Aut etiam uerba statuti sunt magis stricta, & tunc extenditur statutum, quatenus se ius commune. Fallit ubi expresse nollet se extendere: puta, quia loquitur in specie, uel indiuiduo, uel taxatiue. Item fallit ubi ratio statuti restrictior esset quam ratio iuris communis: uerba enim statutorum magis se conformant propriæ rationi, quam rationi iuris communis. arg. l. si Augustæ. ff. de legat. ij. cum similibus, & infra dixi. Vnde stante statuto, quod fratri succedat frater ex linea paterna, an frater ex utraque, excludat fratrem ex linea paterna tantum? & concluditur, quod pariter succedant: quia uterque uocatur sub unica ratione, scilicet ex cõiunctione lineæ paternæ, nec consideratur linea materna: ut probatur in. l. j. C. de legit. hered. & ibi Bald. & hinc est quod dicitur: Statutum contrarium iuri communi in principali, intelligitur correctum in consequenti. Vnde statutum nõ debet intelligi secundum consequentiam ipsius iuris communis, ut dixi supra prima parte principali, in. v. arg. Ex quibus solet dici: si statuto cauetur, quod uictus uictori condemnatur

in expensis, iuxta. l. properandum. §. ij. C. de iudic. c. ca-  
 lumniam. de poen. debet intelligi, nisi uictus iustissimam  
 causam habeat litigandi. arg. l. destitisse. ff. de iudic. &  
 notatur in. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & in. d.  
 l. properandum. C. de iudic. Licet aliqui teneant contra-  
 rium, tamen uera est eius interpretatio. & ita Doctores  
 dicunt obseruari de consuetudine. Item, si statuto ca-  
 uetur quod occidens hominem, occideretur, intelligitur  
 nisi legitime occiderit, puta ad suam defensionem. l. ut uim.  
 de iusti. & iur. uel alio modo permissio. l. Gracchus. C. de  
 adult. Contra Bart. facit. l. quero. ff. loca. l. & si adijcia-  
 tur. l. si conuenerit. in fin. & sequens. ff. pro socio. l. rem  
 mihi. §. fin. ff. commod. Non obstat. l. si stipulatus. in princ.  
 de usur. Imò facit pro. in fine princ. ubi dicitur quod sti-  
 pulatio adiecta contractui emptionis, non plus quam na-  
 tura continet contractus ipsius emptionis, & ibi plures  
 concordant. Nec obstat princ. secundum glos. quia in sti-  
 pulatione rem dari, non ueniunt fructus, nisi a tempore  
 litis contestata. l. uideamus. eod. tit. Sed traditione uacue  
 possessionis ueniunt omnes fructus. Et ex predictis ha-  
 bes reprobationem opinionis Bart. in. l. ij. ff. de usur. &  
 in. l. iij. §. prator ait. ff. de dam. mf. ubi dicit: Statuta iuri  
 conformia in dubio ita esse intelligenda, ut aliquid ope-  
 rarentur ultra ius commune. & ideo si statuto cauetur,  
 quod quis citetur personaliter, uel ad domum, potest indi-  
 stinctè citari ad domum, ut aliquid operetur ultra ius com-  
 mune: quod inuile esset per predicta. Quanquam Bar.  
 magna sit autoritas, non tamen in hoc assentire possem.  
 Faciunt ea que supra dixi, quod statutum in dubio ita in-  
 telli

telligendum est, ut minus ledat ius comune &c. Quin-  
 imo ipse Bar. uidetur tenuisse contrarium in. l. de quibus.  
 ff. de legib. dicens, quod consuetudo secundum legem, non  
 intelligitur derogare legi, sed potius legem uel declarare  
 uel confirmare: ergo idem in statuto, cum sint paris potē-  
 tie. d. l. de quibus. & idem tenere uidetur in. l. si duo. §. si  
 quis iurauerit. ff. de iureiur. & in. l. j. in fi. ff. de publ. iud.  
 dicens, quod si statutum idem disponit quod ius comune,  
 tunc non nascitur actio ex statuto, sed ex iure communi.  
 Ad hoc faciunt notata per Innoc. in. c. j. de rescrip. quod  
 priuilegium idem continens quod ius commune, non dicitur  
 priuilegium: quod nõ esset uerum, si interpretaretur  
 aliquid continere ultra ius commune. Nunc uidentur est  
 quotupliciter leges contingant inuicem sibi derogare, cū  
 uideantur contrariae, nec possint inuicem in omnibus con-  
 cordari. Et primo sciendum est, quod multoties leges in-  
 uicem uidentur contrariae, non tamen sunt, ut dixit Impe-  
 rator in. j. constit. §. quibus. Quia aut una lex aliã de-  
 clarat, puta, quia antiqua lex erat obscura, uel fuerat discor-  
 dia inter Doctores antiquos: ut in. d. §. quibus. & l. apud  
 antiquos. C. de fur. l. si. C. de serui. & aqua. & fecit papa  
 in. c. nouit. de iudic. & c. per uenerabile. qui fil. sint legi.  
 & ad maiorem cautelam. l. qui mutuam. ff. man. ubi tex.  
 not. Aut alia aliam legem distinguit, ut fecit Imperator  
 Iustinianus, Insti. de re. di. §. cū ex aliena. & Insti. de leg.  
 §. sed nostra. & d. §. quibus. & in prooemio. ff. §. igitur.  
 Aut una lex aliã supplet: ut. l. prator. §. hæc differētia. ff.  
 de ui bo. rap. & ibi plene per Bar. & l. pe. C. de his qui.  
 ut indig. & l. si. C. ad leg. fal. cū simil. Aut una lex alteri

Quot modis te-  
 ges inuicē sibi  
 derogent

derogat siue limitat: ut. l. si. C. in quib. cau. in integ. resti.  
 non est neces. Cum autem predictis modis leges inuicem  
 non possint concordari, tunc concedendum est unā legem  
 alteram abrogare & corrigere. l. maximū uitium. C. de  
 libe. prae. l. j. de lati. lib. col. l. derogatur. ff. de urb. sig.  
 Sed opus & labor est, uidere inter contrarias leges, quae  
 lex potior sit, & quae tollatur per aliam. Nam una lex  
 praeualet alteri. Primo, respectu cause efficientis. Secun-  
 do, respectu materiae. Tertio, forma. Quarto, finis & ef-  
 fectus. In quo notandum est, quod una lex alteri praeualet  
 triplici ratione. Primo, respectu subiecti legis, scilicet  
 rei de qua lex loquitur. Secundo, ratione modi. Tertio, ra-  
 tione qualitatis ipsius legis. In legibus repugnantibus ra-  
 tione rei de qua loquitur lex, prima regula est, quod lex  
 disponens de religione uel de rebus sacris, semper ita in-  
 telligenda est, ut potius derogat legi disponenti de rebus  
 profanis, quam e contra. Nam maxima est ratio quae pro  
 religione facit. l. sunt persone. ff. de relig. & sumpt. su. l.  
 locum. ff. de usufr. leg. l. seruitute. s. si. ff. de ser. Nam lex  
 disponens de rebus sacris, ad bonum etiam publicū perti-  
 nere dicitur. l. j. s. huius studij. ff. de iusti. & iur. l. si quis  
 in hoc genus. C. de epi. & cle. cum siml. Nam ubi cōcur-  
 runt duae causa quarum una consurgit à potētiore prin-  
 cipio, praefertur illi quae insurgit à minus potēti. c. si à se  
 de. c. c. quanquam. de prae. lib. vj. & c. licet causam. in  
 fi. de probat. l. qui habet. ff. de tutel. in princ. Et ubi duae  
 causa cōcurrunt, effectus denominatur à posteriore. l. ex  
 placito. C. de rer. perm. c. quanto. extra de iudic. Secunda  
 regula est, quod lex disponens de bonis animae, praefertur  
 legi

Quae lex alteri  
 deroget. & prae-  
 ferenda sit.

legi disponēti de bonis corporis: cum anima cunctis rebus  
 sit praefenda. l. sancimus. C. de sacrosanc. eccl. & propo-  
 nitur bonis corporis. de poen. & remijs. c. cum infirmitas.  
 & potius patiēda sunt omnia tormēta, quam ut aliquid  
 turpe perpetraretur. l. isti quidē. ff. quod met. cau. Et lex di-  
 sponens de bonis corporis, praefertur legi disponēti de re-  
 bus exterioribus, cum illa dicatur esse de iure naturali. l.  
 ut uim. ff. de iusti. & iur. & omnis poena corporalis etiā  
 minima, grauior esse dicitur quam maxima pecuniaria.  
 l. in seruorum. ff. de poen. & ibi glo. Vnde illud Iob: Pelle  
 pro pelle, & omnia dabit homo pro anima sua. cum bo-  
 na exteriora sequantur personam. Authent. ingressi. C.  
 de sacrosanc. eccl. & natura omnia creauit ob utilitatē  
 hominis. l. in pecudum. ff. de usur. Vnde lex continens ius  
 naturale praefertur legi continenti ius naturale, licet ius  
 equū. Ex quo decidunt Doct. in. l. ueluti. ff. de iusti. & iur.  
 & in. l. pen. ff. de libe. agn. quod licet filius teneatur alere  
 patrē de bono & equo, pater uerō tenetur alere filium no-  
 solum de equo, sed etiam de iure naturali, tamen si quis  
 sit pauper & habeat patrem diuitem, & filium similiter  
 diuitē, debet primo petere alimenta à patre quam a filio.  
 Et lex statuens, ut quis bona sua tueatur, derogat legi di-  
 sponenti, quod tueatur aliena: nam ordinata charitas inci-  
 pit à seipso. l. praeses. C. de serui. & aqua. & in alimentis  
 quis debet primo sibi quam alij subuenire. l. j. s. officio.  
 ibidum ponderantur facultates. ff. de tut. & ra. distrab.  
 notat Bar. in. l. si maritus. ff. solu. mat. Et si statuto caue-  
 tur, quod de meo praedio posses lapidicinas tollere exbur-  
 sato pretio, intelligeretur, nisi pro meo usu ego uellem. l.

Corporalis poe-  
 na quācūq; mi-  
 nima, turpior  
 uideur quam  
 pecuniaria ma-  
 xima.  
 Iob cap. 2.

uenditor. §. si cōstat. ff. si serui. uend. & l. j. §. Vranus. ff. de aqua plu. arcen. Adde glo. notabilem in. c. bonae. el. tri. mo. de postul. prela. & ita glo. bona in. c. ij. de usu pall. in ult. gl. Tertia regula est, quod lex cōtinens ius publicū maxime bonum patriae, derogat legi continenti bonum priuatum. l. ucluti. ff. de iusti. & iure. & ibi not. & l. minime. ff. de relig. & sumpti. fune. l. postliminium. de cap. & postli. reuer. Adde glo. in. c. laudabilem. de conuer. in fide. quae dicit quod pro fide & patria insurget filius contra patrem, & uxor contra maritum. & patria unicuique est dulcissima. l. qui habebat. in princ. ff. de leg. iij. Tertio adde quae notantur in. l. j. ff. solu. ma. l. si quis in graui. §. utrum. ad Sille. & ibi, quod dicitur esse ius publicum. & plenius dixi supra de iusti. & iur. Adde omnino in quaestionibus positis in uer. rursus Doctores querunt. & in sequenti ubi optime probatur. & infra de quaestionibus perplexis. Adde textum notabilem in. l. ex parte. §. quam. ff. quod cum eo. & l. cetera. §. sed si quis. de leg. j. & l. j. ff. de condi. & demonst. Quarta regula est, quod lex continens aequitatem, derogat legi cōtinenti rigorem. l. placuit. C. de iudic. l. j. C. de legib. l. dist. c. ponderet. & utrobique notatur. de re iud. c. sane. §. si. Aequitas enim est rectitudo iudicij naturalem sequens rationem. l. j. §. quod quis. ff. si quis test. lib. esse ius. & l. bona fides. ff. de posi. Quinta regula est, quod lex disponens in casu necessitatis, derogat legi non continenti casum necessarium, facit l. si. C. qui testa. facere possunt. ibi, necessitate tamen subsistente. ut. l. ij. C. ad leg. Rhod. de iactu. & c. cum in cunctis. extra de elect. & c. si quis per necessitatem. extra de furtis

de furtis. & in regula necessitas lege. extra de re iudic. Sexta regula est, quod lex continens ius uoluntariū, praeualeat legi cōtinenti ius redditū in inuitis, dummodo ius primum nō restringatur. arg. l. admonedi. & l. ex duobus. ff. de iureiuran. & l. j. §. j. de oper. no. nunc. & l. si conuenierit. ff. de re iudic. l. ij. C. com. utri. iudi. cum similibus. & regula. semper. de regu. iur. Septima regula est, quod lex continens ius ordinariū derogat legi continenti ius & remedium extraordinariū & subsidiariū. l. in cause. ff. de mino. l. in prouinciali. §. j. & ibi notatur. ff. de oper. no. nunc. Octaua regula contra Bob. est, quod ius quod quis habet pro se, fortius est eo, quod quis habet ab alio, l. si Augusta. de lega. ij. facit gloss. in. l. in bello. ff. de capt. & postlim. reuers. Adde quae dicta sunt supra in c. de iusti. & iure. Nona regula est, quod in legibus contrarijs lex continens fauorem, derogat legi continenti odium, ceteris paribus. arg. c. odia. de regu. iuris. in. vj. & l. inter pares. ff. de re iudic. & l. fin. in. §. si Titius. ff. de uulg. & pupill. ubi in casibus perplexis casus fauorabilior praeualeat. Ratione modi etiam una lex derogat alteri. Ex quo lex praecipiens uel uetans derogat legi permittenti uel toleranti. l. consultissima. C. qui testam. face. post. dum queritur, an caecus possit facere testamentum inter filios cum duobus testibus, & respondetur, quod non, ut ibi. & est textus Instituti. qui testam. face. post. §. caecus. & l. j. C. de sacrosanct. eccl. & l. j. ad legem Falcidiam. ubi lex permittit unicuique liberam testandi facultatem, & tamen limitantur per leges iubentes & uetantes circa regulas testamentorum; puta, ne possit gra-  
uare

Tutor sus-  
cipit accusari  
potest.

uare institutos ultra legitimam dodrantem uel trebellianicam. & est textus in l. tutor. ff. de susp. tuto. Nam regula est, quod quilibet potest accusare suspectum tutorem: & alia regula prohibitiua, quod libertus non possit accusare patronum. Certe libertus non poterit accusare patronum suspectum tutorem. l. i. de offic. consu. ubi consul minor manumittere non potest, licet officium eius sit manumittere. & est textus in l. i. quibus manumit. non licet. ubi minor. xx. annis non potest manumittere seruum, per legem Eliescentiam. Et alia lex est, quod maior quatuordecim annis potest de omnibus libere disponere. Adde quod singulariter dixit Barto. in l. ambitiosa. circa fin. in uer. quinta regula. ff. de decre. ab ordi. fact. quod ubi aliquid est accessorium ad duo, scilicet ad permissum & ad prohibitum, illud accessorium dicitur potius esse prohibitum. facit illa regula magis esse inspiciendum quod nocet. de qua per glo. in l. emptor. ff. de usuc. pro empt. & lex uetans derogat alteri legi precipienti: quemadmodum negatio derogat affirmationi, non autem affirmatio derogat negationi. l. si Rufinus. C. de testa. milit. l. tutor. §. i. ff. de susp. tuto. l. si sic. ff. de uerb. sign. l. hoc genus. de condi. & demonst. & c. ipso iure. de rescript. lib. vj. Ioan. And. in c. i. de re. iu. in. vj. supra. uer. non potest. Itē, nota quod lex annullans uel imponens poenam, dicitur uetare. l. praetor ut. §. i. de ope. no. nunc. & ibi glo. in uerb. expressum. Secunda regula est, quod lex iubens uel uetans aut permit tens, derogat legi consulenti. l. is qui. de rei uend. l. pacto. ff. de transact. l. i. ff. de pre. eto. stipu. arg. l. ij. in fi. ff. mand. Fatue tamen facit, qui consilium legis non obseruat, quia incidit

incidit in periculum. ff. de offic. cons. l. obseruare. §. i. C. de lati. lib. toll. l. j. §. pen. Dixit tamen Archi. iiii. distin. in fi. quod in dubio lex precipit, non consulit, quia haec est eius natura. arg. l. cum quid. ff. si cert. pet. nisi uerba legis uel ratio aliud suaderent. Quando autem consilium reuerentiae uel perfectionis obliget, uide in c. aures. extra de etate & qualitate. in regula consilij, in. vj. Tertia regula est quod lex disponens principaliter de aliqua re propter se, praeualet legi disponenti de re quae tendit ad aliud: puta, de preparatorijs, incidentibus, uel uenientibus in consequentiam. Vide omnino Bart. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fact. facit. l. j. §. si te rogauero. ff. de pos. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & optimus textus in l. i. & l. quod dicimus. ff. de auto. tuto. & l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. & optimus textus in l. quod obseruande. ff. de iniur. & in l. uinum. ff. de furt. Quarta regula est, quod lex procedens super ueritate disponendo, derogat alteri legi procedenti super praesumptione. l. si. ff. de probat. l. continuus. §. illud. ff. de uerb. oblig. ibi, in incertis non certis locus est coniecturis, cum similibus. Quinta regula est, quod lex iubens aliquid statim fieri, derogat legi disponenti aliquid fieri in tempus, uel sub conditione. arg. l. si cum militi. §. i. ff. de compens. Ratione etiam suae qualitatis una lex potest alteri derogare: nam lex iudicialis derogat legi conscientiae in foro iudiciali. c. tua. extra de spon. c. inquisitio. de senten. excom. & utrobique notatur. & quando lex iudicialis sit seruanda in foro conscientiae, notatur in regula male fidei. & in regula, peccati uenia. in. vj. & supra dixi, quodupliciter sit lex. Secunda regula est

perfect  
Indi  
Hanc fo  
20 consi  
la est  
en. tre

Ha est, quod lex canonica disponens de rebus prophanis,  
 derogat legi civili in terris ecclesiae: lex vero civilis dero-  
 gat legi canonica in terris imperij: ut in c. per uenerabi-  
 lem. qui filij sint legit. et in c. j. extra de oper. noui nunc.  
 et ibi notatur. et in c. fi. de praescrip. Tertia regula est,  
 quod lex municipalis derogat legi communi in suo muni-  
 cipio: sicut lex noua derogat legi ueteri, et lex particula-  
 ris derogat uniuersali. l. omnes populi. de iusti. et iur. c. j.  
 de consti. lib. vj. Quarta regula est, quod lex in corpore  
 inclusa derogat legi extrauaganti tanquam incerte. c. pa-  
 storalis. extra de fide instru. et ibi notatur, et in proce-  
 mio decretalium. §. sane. facit glo. in l. ij. §. legatum. ff. de  
 iud. et gl. in Authent. qua in prouincia. C. ubi de crimine  
 agi oportet. quod in dubio non intelligitur esse derogatū  
 priuilegium inclusum in corpore iuris. Quinta regula  
 est, quod lex obseruata de consuetudine, derogat legi non  
 obseruatae de consuetudine. l. minime. et l. de quibus. in fi.  
 et l. si de interpretatione. ff. eo. facit. l. j. C. de iure uete.  
 enucle. §. qui autem. neq; usitate. Sexta regula est, quod  
 lex noua derogat legi ueteri. l. nō est nouū. cū. l. seq. ff. eo.  
 facit. l. si quis. in princ. de leg. iij. l. pacta nouissima. C. de  
 pact. Septima regula est, quod ubi sunt duae contrariae le-  
 ges promulgatae, licet sint confirmatae uno et eodem tem-  
 pore, tamen lex posterior in ordine derogat priori. d. l.  
 nam et posteriores. ff. eo. et notat Bart. in l. omnes po-  
 puli. ff. de iusti. et iure. prope finem per. l. ij. ff. de testa.  
 tut. per. d. in l. si certarum. ff. de testa. milit. l. conficiun-  
 tur. §. similis. ff. de iure codicil. quod intellige ubi nullo  
 modo possunt concordari, ut supra dixi. Octaua regula  
 est, quod

est, quod lex specialis derogat generali: ut in regula, gene-  
 ri per speciem, notat plene Bar. in l. sanctio legum. ff. de  
 poenis. et ibi uide. et c. si aduersus. de haereti. Nona regu-  
 la est, quod lex habens clausulam derogatoriam, ueluti  
 quod haec lex obseruetur non obstante aliqua lege in con-  
 trarium, uel dicat quod factum contra primam legem nō  
 ualet, derogat legi non habenti clausulam derogatoriam,  
 licet sit posterior. l. nam et posteriores. ff. de legi. Quae  
 autem dicatur specialior, uide Bar. in extrauag. ad repri-  
 mendam. in uerb. non obstantibus. ubi dicit, quod ubi sta-  
 tutum est generale quo ad causam, speciale uero quo ad  
 personam, (aliud uero est generale quo ad personas, spe-  
 ciale quo ad causam) et dubitetur quod statutū dicatur  
 magis speciale, et quod praualeat, cum sint inuicem re-  
 pugnantia, esse considerandum quod quodlibet ius singu-  
 lare est introductum propter aliquam utilitatē. l. ius singu-  
 lare. ff. eod. Vnde cū utrunq; ius singulare seruari non  
 possit, sed oportet alteri derogare, derogandum est illi iu-  
 ri, ubi minor utilitas reperitur. Et illud est seruandū, ubi  
 est maior et euidetior utilitas, quia haec est benignior  
 interpretatio, ergo est amplectenda. l. quoties. de reg. iur.  
 Item, quia causa magis priuilegiata derogat causa minus  
 priuilegiata. l. j. C. de priuile. et l. uerum. §. si cum. l. seq.  
 ff. de mino. et in simili dicitur, generaliter est prouisum  
 quod nulla currat praescriptio minoribus. l. fi. C. in quib.  
 cau. in integ. resti. est neces. et haec constitutio specialis  
 est, quo ad personas, et generalis quo ad causas. Alia est  
 lex contra quae prouidet propter publicā utilitatē, ut instan-  
 tia finiat triennio, ne lites fiant immortales. l. properan-  
 dum

dum. §. j. C. de iudic. Ista lex est generalis, quo ad personas, & specialis quo ad causam instantiam: tamen quia lex licet antiquior, non tollitur per præallegatam legem finalem, & hoc ratione prædicta: quia publica utilitas uersatur in litibus dirimendis, præfertur utilitati minori, quæ non est ita publica: ut notatur in. l. fin. C. si aduer. rem iudic. cui adde notata in. c. ut circa. de elect. in. vj. in nouella. & in. c. j. de priuile. lib. vj. ubi de perplexitate privilegiorum notatur. Item pone, uno statuto cauetur, quod sententiæ pupillorum mandentur executioni per priores artium tantum. Alio statuto cauetur, quod à libris. c. mandentur executioni per potestatem tantum: nunc lata est sententia pro pupillo in. cc. queritur quis ex illis exequi debet? dicit Bald. quod specialior iudex, dicit ipse in. l. executio. nem. C. de execut. rei iudic. quod qualitas quæ potest pluribus inesse, est generalior, quam illa quæ potest uni soli inesse. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. de pact. Sed causa pupillorum est magis specialis: quia paucioribus contingit inesse, quam cause ascendentes libras centum, ergo iudex pupillorum erit specialior, & cognoscet, non potestas. Ad hoc etiam facit, quia causa pupillorum est fauorabilior: ergo derogat minus fauorabili per supra allegata. Adde Bal. in. l. Gallus. ad fin. de libe. & posth. Queritur etiam, an si statuto uir lucretur partem dotis, & mulier dederit secundo uiro dotem sibi à primo marito relistam, an lucrabitur: uid. in. l. hac edictali. per Bal. C. de secund. nupt. late, & an habeat locum statutum in rebus feudilibus datis in dotem. Bald. quod non in. c. j. an maritus succe. uxo. in bene. Subijciendum esse uidetur de quibuslibet

quibusdam questionibus perplexis, quæ prima facie uidentur esse insolubiles, tamen si attendantur regulæ contrariarum legum, prout supra dixi, facilis apparebit solutio. Pone, statuto cauetur quod bannitus possit offendi. Alio statuto, quod banniti non gaudeant beneficio statutorum ciuitatis. Modo bannitus offendit bannitum, & offendens accusatur, & accusatus excipit de banno offendi, an bannitus accusatus possit se defendere, quod licite possit offendere? & Iacob. de Are. ut recitant Doctores in. l. cum mulier. solut. matr. dicit quod licite potuit eum offendere. Nam dicit, quædam sunt beneficia utilitate priuata, & ista non cõpetunt bannitis. l. ex facto. ff. ad Trebel. l. j. C. de hered. insti. Quædam sunt beneficia publica utilitate, & ista fore publicæ utilitatis competunt omnibus & bannitis. l. si quis in graui. ff. ad Sille. §. hi quoq. facit. l. j. ff. ad leg. Iuliam maiest. & melius. l. nõ est. ff. de re mil. & ita etiam notatur in. l. j. ff. de iusti. & iu. Item pone, statuto cauetur quod bannitus non audiatur agendo uel defendendo, modo bannitus agit cõtra bannitum, excipitur contra agentem de banno, actor replicat quod reus non debet audiri. Item quid agere debeat iudex? Butrigarius disputando tenuit, quod ista exceptio banni, tollitur per replicationem banni, & sic auditur actor & non reus. nam cum ipse reus deducat bannum in iudicio, censetur in hoc tanquam actor: ergo debet repelli, & cõ in sui odium sit adempta ei defensio, nõ debet iudex pro eo supplere ex officio: secus si exceptio non competat ex defectu suo ex qua subsit æquitas, tunc iudex supplet. l. plane. §. fin. de petit. heredit. ergo uincet actor hoc casu quod



quod non habeat legitimum contradicentem. l. qui habeat. ff. de manu. testam. c. cum ecclesie. de except. & ibi not. Item, si statutum annullat contractum propter non solutam gabellam, si neuter soluit, & emptor rem petit, uenditor excipiat de gabella non soluta, & emptor replicet, quod nec ipse uenditor soluit. Baldus determinat, quod si emptor uult expugnare illum contractum & potest, aut agere ex eo contractu & non potest: quia exceptio nullitatis que opponitur, non potest replicatione tolli. Nam replicatio que non iuuat actionem intentatam est impertinens: ut notat Specul. de excep. §. fin. uer. penul. quod est notandum. Adde quod not. Bald. in l. accipiam. in fin. C. de usur. Item pone aliam questionem: Statuto cauetur, quod nil possit confirmari in concilio populi, nisi prius per capitaneum proponatur. Cauetur alio statuto: quod si capitaneus proponat homicidam cancellandum, priuetur officio. Modo capitaneus proposuit Titium homicidam esse cancellandum, & fuit confirmatum, queritur an talis cancellatio ualeat? & dubium facit, quando desinat esse capitaneus, an antequam proponat, an proponendo, an postea quam proposuit. Et primo uidetur quod ualeat, considerato principio in quo erat capitaneus: unde licet desinat ante actum perfectum, non attenditur: quia qualitas hominis consideratur ex primo gesto, non ex fine. l. cum actum. ff. de neg. gest. l. si id quod. §. si filius. ff. pro soc. facit. l. sed in ultimo. de neg. gest. Item, quia quis ante delictum perfectum & consummatum non punitur, iuxta notata in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. ergo durabat capitaneus quando propo

proponebat. Contrarium disputauit Iacob. Butrig. quod talis cancellatio non ualeat, tanquam proposita ab eo qui prius desierat esse capitaneus, quia uelocius currit factum iuris quam hominis: ut notatur in c. preterea. de appel. lib. vj. facit. l. quid ergo. de leg. j. & not. in l. Aretusam. ff. de stat. homi. c. nerui. xiiij. dist. facit regula physica, quod ubi duae cause contrariae concurrunt, quod illa prius agit, que est potentior: nam eo ipso quod lex punit aliquem propter aliquem actum, ipsum actum uidetur reprobare. l. prator. §. j. de oper. no. nunc. Ex quo fit quod quando quis uenit priuandus administratione propter aliquem actum, actus ille erit inualidus, & ex eo actu remanet priuatus. l. iubemus. §. sane. de sacro sanct. eccle. Item pone aliam notabilem questionem, quod quidam discipulus conuenit cum suo Doctore ut eum erudiret certo pretio, inter eos conuento, hoc acto, quod tunc discipulus intelligitur eruditus, si primam questionem, quam agitabat, obtinuerit. Nunc lapsa quinquennio magister petijt pretium conuentum, dicens discipulum esse eruditum. discipulus excipit non esse soluendum, quia nondum eruditus, itur ad iudicem, iudex declarat pretium non soluendum, & sic discipulus primam causam obtinet: nunc Doctor petit sibi dandum esse pretium ex pacto inter eos conuento, quia nunc habetur pro erudito, quia sententiam obtinuit. Discipulus excipit non esse soluendum, quia absolutus est per sententiam, & sic pactum & sententia repugnant, queritur quid iuris? Pro doctore facit, quia ius uoluntarium preualet iuri non uoluntario. l. admonendi. ff. de iure iurando, cum similibus. Item pro

uisio legis siue sententiae non tollit prouisionem hominis  
 l. si. C. de pact. conuent. nam fidem frangere intolerabi-  
 lius est, quam sententiae contrauenire. l. i. ff. de pact. l. i. ff.  
 de constit. pec. Pro discipulo facit, quia sententia lata cō-  
 tra Doctorem non debet ei prodesse. l. nulla ratio. ff. de  
 legib. l. euidenter. ff. de excep. rei iud. ubi uidetur casus in  
 terminis, nec discipulo nocere. At si per istam sententiā  
 uideretur esse impleta intentio Doctoris contra discipu-  
 lū noceret ipsi discipulo & pdesset Doctori. ergo & c.  
 Item, quia magis attenditur id quod principaliter dispo-  
 nitur in sententia, quam id quod incidēter, ut dixi supra.  
 Sed sententia principaliter declarat discipulum non esse  
 eruditum. ergo non debemus dicere nec attendere, quōd  
 declarat discipulum incidēter esse eruditum. Item inten-  
 tio paciscentium debet intelligi sensisse de uictoria obtē-  
 ta, quia eruditus sit, non de uictoria obtenta, quia nō eru-  
 ditus: aliās fuissent contrarij, quod non est praesumendum  
 l. nam ad ea. ff. de condi. & dem. Item quōd actus uenit  
 praeter intentionem agentium, nil releuat, licet de facto  
 sit adimpletum. l. multum. ff. de condi. & dem. l. si quis in  
 graui. §. utrū. ff. ad Sille. Sed huiusmodi declaratio, quōd  
 hic discipulus fuerit eruditus, est praeter intentionem di-  
 scipuli & iudicis. ergo & c. Cum ergo de tali sententia  
 non praesumetur esse agitatum inter partes, ad eam intē-  
 tio agentium non extenditur. l. cū Aquiliana. ff. de trans-  
 act. l. non omnis. si cert. pet. cum similibus. & hoc credo  
 uerius. Hic etiam subijci posset illa quaestio: An priuile-  
 giata persona utatur priuilegio contra priuilegiatum. l.  
 fin. C. de sacrosanct. eccles. & an pia causa detrahat fil-  
 cidiam

cidiam contra aliam piam causam. Et quoniam haec qua-  
 stio subtilis & frequens est, ponam quid de ea sentiam.  
 Item, pone, dico seruo meo uade ad pontem, & si obuia-  
 ueris seruo, liber esto. Tu dicis seruo tuo: uade ad pontē.  
 & si obuiaueris libero, liber esto, modo isti serui super  
 pōte inuicē sibi obuiauerūt: quaritur, q̄s erit liber: an ser-  
 uus meus, an seruus tuus? & certū est, quōd meus factus  
 est liber, quia obuiauit seruo: tuus uero seruus non uide-  
 tur factus liber, quia obuiauit seruo immediate, licet  
 postea fiat liber: quōd non uidetur sufficere per. l. qui ha-  
 redi. §. fin. ff. de condi. & demonstr. Contra tamen credo  
 quōd tuus seruus fiat liber, quia ista conditio, si obuiaue-  
 ris, non finitur momēto, sed habet tractum successiuum.  
 Nam cum duo obuiam sibi uenerint, dicuntur inuicem  
 sibi obuiare per multos passus, ut in primo passu meus  
 sit liber, quia obuiauit seruo tuo, à principio erat ser-  
 uus, postea sequentibus passibus tuus seruus fit liber  
 quia obuiat libero: facto. Pro hoc facit fauor liber-  
 tatis, maxime quia uerbum obuiaueris, potest intelli-  
 gi esse futuri temporis, quod non requirit actum esse  
 perfectum, sed sufficit esse in fieri, & sic cessabit contra-  
 rium. l. Aretusa. ff. de statu hom. ubi notatur. Ad maio-  
 rem etiam instructionem quaestionum perplexarum &  
 captiosarum ponam quaestionem Senecae: Lege cauetur,  
 quōd frater maior diuidat, minor eligat. Alia lege caue-  
 tur, quōd filius natus ex ancilla succedat. modo frater  
 maior diuidit hereditatem hoc modo. pro una parte po-  
 nit solam ancillam matrem fratris, pro alia parte po-  
 nit totum patrimonium. modo frater minor natus ex

Lib. sexto de-  
 clamationū, de-  
 clamatione ter-  
 tia,

ancilla conqueritur, quia in utranque partem leditur: nam eligere patrimonium, & emittere matrem in dominium alterius, est contra pietatem: & durissimum videtur eligere solam matrem, enormiter leditur in patrimonio patris. Queritur utrum querela istius fratris minoris sit iusta: & mihi videtur quod sic. Primo, quia frater minor potest dicere hanc legem esse factam in suam rem suam, ergo ipse poterit diuidere & offerre optionem fratri maiori. arg. l. non eo minus. C. de procurat. l. nulla ratio. ff. eod. Item lex dans potestatem diuidendi fratri maiori, semper intelligenda est uoluisse excipere dolum & captiosam diuisionem. arg. l. cum Aquiliana. in fi. ff. de transact. & l. si uxori. de aur. & arg. leg. cum similibus. Qualiter autem una lex aliam corrigat nunc dicendum superest. Et primo queritur: utrum requiratur clausula derogatoria. Secundo, an corrigatur per clausulam non obstante aliqua lege. Tertio, an a contrario sensu. Quarto, an per uerba exceptiua, uel taxatiua, uel per exceptionem, uel per uerba similitudinis. Quinto, an ab eadem ratione uel simili. Sexto, an dando nouam formam uideatur ab antiqua recedere. Ad primum respondetur, quod lex & constitutio posterior tollit priorem, quamuis de ea mentionem non fecerit: & absq; clausula derogatoria: ut est text. & ibi Doctores in c. j. de consti. in. vi. & not. in l. humanum. C. de legib. & glo. in l. imperialis. C. de nupt. quod intellige ubi omnino sunt directae contrariae, ut nulla distinctione concordari possint. c. cum expediat. de elect. hb. vi. ut supra satis plene dictum est. Quando autem possent inuari aliqua distinctione

Lex quo pacto  
alia corrigat,

atione, tunc non est fienda correctio, nisi expresse dicatur uelle corrigere. ita intelligitur. l. si quando. C. de inoffic. testam. l. praecipimus. C. de appellat. Item lex est, quod qui substituit extraneum filio, intelligitur, si filius decesserit sine liberis. l. cum acutissimi. C. de fideicom. Sed pone quod testator dixit: si decesserit sine filiis masculis, & filius decedat cum filia foemina, an admittatur substitutus? & uidetur quod non: quia casus omisus relinquatur in dispositione iuris communis. Contrarium dicit Bartol. in l. cum auus. ff. de condi. & demonstr. Ratio est, quia ubi casus omisus est ex expressa legis dispositione, tunc non tollitur: secus ubi est ex praesumptione legis simpliciter. l. maritus. C. de procurat. & supra allegatis. Cogita. Praesumpta enim facilius tolluntur quam certa. cum certum tollat tacitum, & tacitum tacito tollatur. Ad secundum similiter dicendum est, quod per clausulam, non obstante aliqua lege, una constitutio uel statutum non intelligitur uelle aliam legem uel statutum tollere, si poterint aliqua sub diuisione inuari: ut in Authent. de success. ab intest. circa principium. & in uer. uocantibus. & glos. in clement. j. de praebend. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. in. xij. colum. & in l. impetrata. C. sentent. rescind. non poss. & supra plene dictum est. Circa tertium, an statutum uel lex noua intelligatur corrigere legem ueberem per argumentum a contrario sensu. Verbi gratia: Extat statutum, quod si non extat filius, filia succedat: modo, quis decessit extante filio & filia: querebatur an filia simul possit succedere cum filio? Et quanquam Cui. consuluerit non posse per

Per argumentū  
sensui contrariū  
lex non corri-  
gitur.

Argumentum a  
contrario sensu  
quando ualeat.

argumentum à contrario sensu. l. qui testamēto. §. mulier. ff. de testam. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. do. de manu. testa. l. si quis locuples. in si. tamen communis opinio esse in contrarium, quod possit succedere: quia per argumentum à contrario sensu non est corrigenda lex. Ita expressè tenet Dinus in consuleōdo, Butrig. disputādo, Bar. legendo: ut ipse not. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & Bal. in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. per. l. si cū dotem. ff. sol. matr. & l. apud antiquos. C. de furt. in gl. super uer. coniecturam. & l. ij. C. de cond. inser. & ibi pulcherrime per Bal. Casus ergo sumptus à contrario sensu legis intelligitur esse omīsus in dispositione iuris cōmunis, & ita Bal. in l. j. C. de inuti. stip. Illud omnino notandum est, quod argumentum à contrario sensu est ualidum, quando contrarius sensus nō potest stare cū sensu expresso in lege. Verbi gratia: Extat statutū, quod bene meritis de repub. deferantur honores & officia: ergo qui offenderūt repub. nō debēt admitti ad honores ciuitatis: nā honores ciuitatis deferri benemeritis & malemeritis, de iure cōcurri nō possunt. l. tutelae. ff. de capi. dim. cū si. Filiam uero cū filio simul admitti ad successionē patris, non est absouum à iure: ut. l. maximum uitium. C. de libe. præter. Item nota quod aliquando argumentum à contrario sensu, sumitur ex natura uocabuli: ueluti quando positio unius rei tollit eius cōtrarium, ueluti si affirmem esse diem, nego esse noctem: quia diem esse & noctē incompatibilia sunt. ut. l. hæc uerba. ff. de uerb. sig. facit. l. hoc genus. ff. de condi. & dem. & hoc argumentum est semper

semper ualidum in iure, etiam in materia correctoria. Aliquando ex natura rei. ueluti cum in non prohibitis à lege alicui quicquid denegatur, in reliquis uidetur concedi: ut. l. cum pretor. ff. de iudic. & l. ex eo. ff. de testa. cum similibus. Aliquādo ex præsumpta uoluntate agentium. ut. l. Tribunus. de testa. milit. l. maritus. C. de procura. l. inter socerum. supra allegata. & notat Bart. in l. legata inutiliter. de lega. j. ubi dicit, quod si unus ex pluribus capitulis aliqua cassat, uidetur reliqua affirmare. c. nōme. extra de præsumpt. & hoc non admittitur in corrigendis legibus, per supra allegata. Et maxime argumentum hoc ex mente non colligitur, quando surgeret aliquid incōueniens, si nō adsumeretur: puta, quod actus periret & non ualere: ut est textus optimus in l. si quis heres insti tuatur. ff. de hered. insti. & ibi nota. Item maxime argumentum non sumitur, ubi uerba sunt negatiua: quia ex dispositione priuatiua uel negatiua non sequitur habitus uel affirmatio. l. ex facto. de hered. insti. & l. Titia. §. si. ff. de manu. testa. & Bald. in dicta. l. ij. C. de condit. inser. nisi ubi essent incompatibilia, ut supra, uide pro intellectu huius argumenti, que dixi supra in prima parte principali, in. xvj. Quarto queritur, an corrigatur lex antiqua per uerba taxatiua uel exceptiua posita in lege noua, & uidetur sic, per regulam logicorum. Ab exceptiua ad exceptuatam ualet argumentum. ut: tantum Bartolus iura ciuilia intellexit, ergo nullus præter Bartolum iura intellexit. Idem si dicatur: nemo intellexit iura ciuilia nisi Bartolus, ergo Bartolus solus intellexit. Contrarium tamen tenent Doctores, quod per dictiones exceptiuas

uel taxatiuus non inducitur correctio legis: ut in l. obas. C. de præd. min. & in l. contractus. ff. de reg. iuris. & l. serui nomine. & ibi Bart. ff. de usuca. & in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. & in l. j. C. de patri. qui si. distrax. & pulchre per Barto. in l. Tutia. §. cum Tutio. ff. de adm. leg. faciunt notata in l. cum dos. ff. re. amor. per Barto. in l. rationes. C. de probat. Et hoc intellige, quod una lex non corrigitur per aliam legem taxatiuam uel exceptiuam: & similiter unum statutum non intelligitur esse abrogatum per aliud statutum taxatiuum. At ubi lex iuris communis esset generalis, statutum uero esset taxatiuum putarem legem communem esse correctam. Verbi gratia: Extat statutum, quod mulier sine consensu uiri possit alienare res mobiles duntaxat: certe crederem, quod mulier non posset alienare res immobiles absque consensu uiri: quia, ut dixi, ualet argumentum ab exceptiuatum etiam quia à uerbis statuti non est recedendum. c. quam. de usur. in. vj. in nouell. & in. c. j. de homi. lib. vj. & in. c. j. de statu reg. eod. lib. & ita seruunt assessores, qui iurant obseruare statuta: ut tenet Barto. in. l. j. ff. quod ui aut clam. & Bald. subtiliter in. l. ita pudor. C. de adult. formans questionem. Statuto cauetur quod instrumenta mandentur executioni, nulla exceptione obstante, nisi solutionis uel falsitatis: an alie exceptiones, quæ potuissent opponi de iure communi, ut prescriptio nis, pacti de non petendo, transactionis, rei iudicata, & similes poterunt opponi: & Bald. in. d. l. ita pudor. dicit, quod consuetudo obseruat, quod nulle alie exceptiones admittantur quin permittit à statuto. argu. l. ij. C. de patri.

patri. qui si. distrax. Et facit ad questionem, an cōductor qui exceptit plures casus fortuitos, dicendo nominatim, se nolle ad illos teneri, an teneatur ad alios nō nominatos? & Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de loca. §. iam dicendum. uidetur tenere, quod uideatur subire periculum aliorum. quod tamen mihi non placet, ut infra. Item si statutum exceptit alios casus, qui non debeant cognosci diebus feriatis, an casus nō exceptuati qui de iure communi cognosci possunt diebus feriatis, poterunt iudicari diebus feriatis? uide supra. Nam exceptio firmat regulam in nō exceptuatis. l. tribunus. de testa. milit. & not. in. c. regula. de reg. iur. li. vj. & Pet. de Anch. & Din. in. l. nam quod liquidè. ff. de pen. leg. Dubium tamē uidebatur: quia licet exceptio firmet regulam in non exceptuatis, non tamen eam ampliat, ut per eam sub regula includantur alij casus excepti à iure de regula. Verbi gratia: Generalis commissio est facta uicario episcopi, in qua generali commissione de iure non ueniunt, ut beneficiorum collatio, clericorum dispositio, & similes: de quibus in. c. cum generali. de offic. uic. lib. vj. Pone ergo quod Episcopus concessit uicario, quod omnia possit, excepta beneficiorum collatione, an poterit clericos deponere? & Petrus de Ancha. in dicto. c. regula. & in dicto. c. generali. & ibidem latius tenent, quod non possint: & allegant notata per Barto. in. l. generali. §. uxor. ff. de usufruc. leg. & in. l. in his. ff. de legib. per gloss. & Doctores in. l. legata inuilibet. de lega. j. & quod notatur in simili de clausula non obstante, quæ firmat rescriptum, nō tamen ampliat: ut in clemen. j. de præben. Adde quod exceptio declarat

declarat regulam. argu. l. nam quod liquide. §. si cui. ff. de pen. leg. & regula declarat exceptionem. l. j. de reg. iuris. ut, omnes scholares legunt, nisi Petrus, ergo Petrus est scholaris. Et si constitutio generalis propter suam generalitatem aliquos lederet de facto, quia extenderetur ad personas, quas de iure illa generalitas non comprehenderet possunt illæ personæ lesæ petere, ut declaretur illa constitutio, quas personæ specificè includat & excludat. Ponit, dicit statutum, quod omnis declinans iurisdictionem potestatis, possit impune offendi. certum est quod de iure communi non includit clericos declinantes: quia statutum non potuit disponere, ut in. c. nullus. de foro compet. Si tamen multi vulgares & imperiti offenderent clericos declinantes iurisdictionem potestatis, possent clerici petere ut specificè exprimeretur, quod statutum ad clericos non extendatur. Ita tenet Ioan. Andr. in. c. j. de immuni. eccle. lib. vj. que nota. Item dicas quod lex non intelligitur corrigi per uerba similitudinis: puta uerbo, sicut, perinde, & similia. l. j. in glo. ff. de recep. l. sacrilegij. §. his. ff. ad. l. iul. pecul. & ibi glo. & Bar. quod dicit esse notandum. l. sed si lege. §. per me. & ibi glo. & Ang. ff. de peti. hered. quia debet intelligi, nisi reperiatur dissimilitudo expressa in alio capitulo. l. j. circa finem. ff. de his quæ in fraud. cred. l. in fraudem. ff. de testa. milit. l. si quis in graui. §. si quis. ff. ad Sille. l. ex contractu. ff. de re iud. l. quia perinde. ff. ad trebell. l. quedam. ff. de publi. Ex quo inferitur: Statuto cauetur quod execans oculum, puniatur sicut homicida. Alio statuto, quod iudex non faciat punctionem de his de quibus est facta concordia: inter partes, excepto homici

homicidio, de quo fieri non possit concordia: quod fuit obtentum, quod de executione oculi poterit fieri concordia: per supra allegata. & uide supra, an parificata extendantur. Circa quintum dubium, an lex corrigatur ex mente & ratione statuti, dico, siquidem mens statuentium colligitur ex illis modis, quos supra allegauimus, in primo membro de extensione, tunc lex communis corrigitur non solum per expressa uerba statuti, sed etiam per mentem comprehensam ex predictis locis: ut supra plene dixi: & dicitur infra in quarto membro principali. Circa sextum dubium, an statutum dans certam & nouam formam uel pœnam uideatur à forma iuris communis discedere, & Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de pœn. dicit vbertum de Bob. tenuisse, quod sic, & ita iudicatum fuisse Ianuæ, & ita uidetur concludere. Barto. uero tenet quod per formam nouam statuti, non sit in dubio recessum à pœna iuris communis: ut notatur in. l. j. ff. ui bon. raptò. & allegat maxime. l. quoties. ff. de act. & oblig. Baldus autem in. l. data opera. in tertia charta. uerfi. Item notandum est, & in Authen. naufragia. C. de furt. tenet quod uideatur esse recessum à forma iuris communis, & quod fatuus esset iudex, qui recederet à forma statuti, quam iurauit obseruare. & cum eo uidetur transire Pet. de Anch. in. d. c. j. de cõsti. pro quo optime facit. l. sanctio. ff. de pœn. l. qui uno. ff. de re mili.

TERTIA

# Tertia Pars.



Verba legis  
quot modis du-  
bia esse possunt

Mens uerbis  
potior

**N**UNC descendamus ad tertium  
membrum principale, quando na-  
scitur controuersia ex uerbis le-  
gis, quia sunt ambigua uel dubia,  
ut multipliciter interpretari pos-  
sint. Effet uidendum quotupli-  
citer sermo sit dubius, de quo per  
Boetium in opere suo de diuisionibus, et in titulo de re-  
bus dubijs, et in titulo de libellis. Et notandum quod uer-  
ba legis possunt esse dubia multipliciter. Primo, respectu  
orationis, quae multiplicem intellectum habere potest,  
ut in illa: Testator rogat heredem ut decem uasa Titio  
det, quae uolet. Item in illa: rogat testator heredem, ut ali-  
menta matri suae praestare debeat. et mille huiusmodi.  
Secundo, respectu unius dictionis, quae plura significata  
recipere possit: ut uerbum, iudicium, uerbum, ius: et simi-  
lia, quae dictiones uniuocae dicuntur. Tertio, respectu di-  
ctionis indefinite posita: quae licet unum significatum tan-  
tum habeat, tamen ratione pluralitatis rerum ad quas  
accommodari potest, sit dubia: ueluti si dicat, debitorem  
domi esse citandum, cum plures domos habeat: uel quod  
defunctus in ecclesia sua sepeliatur, cum habeat plures  
ecclesias. Item si quis constituat Titium tutorem filijs  
suis, cum plures sint uocati nomine Titius: et quoniam  
magis mens quam uerba legis sunt inspicienda: quia uerba  
intelle-

intellectui, non intellectus sermone accommodandus est.  
l. benignus. ff. de legib. l. intelligentia. de uerb. signi. nec a  
sensu legis recedendum est, ut proprietates uerborum obser-  
uetur. l. iij. C. de lib. r. prae. c. praeterea. de uerb. signifi.  
quia non in filijs, sed in ratione et sensu leges consistunt.  
l. q. i. c. marchio. l. ij. C. de consti. pecu. ibi: subtilitates eor-  
um qui non sensum, sed uana nominum uocabula ample-  
cti desiderant. et sicut anima praefertur corpori, ita sen-  
sus uerbis praeferi debet. l. scire leges. ff. de legi. xxviiij.  
distinct. c. sedulo. nec plus uerba quam uoluntatem inspi-  
ci oportet. C. quae res pign. obli. pos. l. penul. quia uerba  
ex mente non mens a uerbis procedit. l. Labeo. ff. de su-  
pell. leg. l. nepos Proculo. ff. de uerb. signi. cum similibus.  
Nam quemadmodum in legato, si constat de corpore, fal-  
sa demonstratio legatum non uitiat: ita in legibus, si de  
mente constat, impropria uerba mentem non immutant.  
l. si filius familias. C. fami. hercis. l. si Titio. ff. loca. l. demon-  
stratio. ff. de condi. et demon. Leges enim intelligere se-  
cundum corticem uerborum, non secundum mentem, est  
legum calumniatio, et eas circumuenire. l. si. alijs penul.  
ff. ad exhib. Primo igitur uidendum est quibus locis mens  
percipi potest, postea quae sit propria uerborum signifi-  
catio. Ex multiplici autem loco mens legis inspicitur. Pri-  
mo, ex qualitate ipsius legis. Secundo, ex qualitate eorum  
quae disponuntur in lege. Tertio, ex qualitate eorum quae  
adiuncta sunt his de quibus disponitur. Quarto, ex qua-  
litate personarum ad quas disposita in lege referuntur.  
Quinto, ex qualitate legislatoris. Sexto, ex omnibus locis  
ex quibus lex ampliatur et restringitur. Ex parte legis  
colligitur

Leges iuxta  
uerborum cor-  
ticem exprimi  
non debent.

Mens legis qui-  
bus locis inspi-  
ciatur.

colligitur: nam cum lex debeat esse honesta & utilis & non captiosa. arg. l. 1. ff. de legib. quia consilio prudentum promulgatur. iij. distinct. c. erit autem lex. & l. 1. ff. de iusti. & iure. ille sensus legis capiendus est, qui uitio caret, qui sit secundum iustitiam & rationem. l. in ambiguo ff. de legib. puta, ne quis ledatur iniuste: ut. l. ij. C. de noxa. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco pub. l. iij. ff. de seruit. l. impuberi. ff. de admi. tut. Quid enim absurdius esse potest, quam legem iustam ad iniustam interpretationem trahere. l. si possessor. ff. de pet. hære. l. penul. ff. ad exhiben. Item, ne sequatur absurdum, id est, non consonum rationi. l. Caesar. ff. de publ. l. si quis. §. prohibet. ff. de eden. l. si ita quis. in fin. ff. de euet. l. diuortio. in princ. sol. mat. cum similibus. & l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquilia. Inde etiam dicitur, quod uerba sententiæ debent intelligi secundum quod iudex de iure debebat pronunciare. l. miles. §. 1. ff. de re iudi. in glo. & Barto. in l. si procurator. §. Celsus. ff. de condi. ob causam. glo. in l. si aduenam. ff. sol. mat. Item, cum leges inuicem sint concordandæ, ea interpretatio eligenda est, ne aliam legem corrigat. l. ij. C. de inoffi. dotibus. l. si quando. C. de inoffic. testa. in princ. c. cum dilectus. extra de consuetu. c. si papa. de priuileg. lib. vj. de his diuersis coniunctis notat Bar. in l. que dotis. ff. solu. matri. & in l. cum quid. ff. si cert. pet. & l. post contractum. ff. de dona. & l. pro hærede. ff. de acquir. hære. & l. is possessor. in fin. ff. de acqui. hæred. Ex quo etiam dicimus, quod ille sensus potius eligendus est, qui est de iure communi, quam de iure speciali: ut. l. in testamento. C. de testa. milita. Item, ille sensus eligendus est, qui non est ca

est captiosus. l. cū Aquiliana. ff. de transf. & ibi per Bart. l. si uxori. in princ. de aur. & argen. leg. Item, cum lex nõ debeat esse ludibrio. l. si. §. ubi. C. de bonis quæ liberis. & ff. quod quisq; iuris. l. si. & C. si sapius in integr. resti. poss. l. 1. & l. si. ille sensus legis eligendus est, per quem legis fortiamur effectum: ut. l. cum quidã. C. de uerb. signif. & l. omnino. C. de legatis. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uocat. facit l. quoties. ff. de reg. iuris. & l. quoties. de uerb. oblig. & l. ij. ff. de testa. milit. cum leges rebus non uerbis sint imposite. l. ij. C. communia de leg. in fi. de usur. l. si. c. commissæ. de elect. lib. vj. Etiam si oporteat uerba impropriare, ut potius res ualeat perire: secundum glo. not. in l. non puto. ff. fam. l. her. eis. Item, cum lex debeat esse de casu dubitabili, ille sensus capiendus est, qui fuerat dubitabilis. in l. Domitius Labeo. ff. de testa. l. ancilla. C. de furt. cum similibus. Item, cum lex magis debeat inclinare ad clementiam quam seueritatem, ille sensus eligendus est, qui est fauorabilior. l. in interpretatione. ff. de pœ. l. in obscuris. de reg. iur. l. Arriannus. de act. & obligat. cum similibus. Item, cum lex debeat esse constituta à prudentibus, ille sensus capiendus est, per quem eligitur uia tutior, scilicet potius abstinere, quam rem periculosam aggredi. l. adoptiuus. §. 1. ff. de ritu nupti. ibi: & si dubitetur. l. 1. §. 1. ff. ad Macedo. c. nisi. §. penul. extra de renunt. cum glo. de pœni. dist. iij. c. ultimo. & c. iuuenis. de sponsa. & etiam in obscuris, & l. semper. ff. de reg. iur. Item, cum lex debeat esse clara & certa, ita interpretari debet, ut inspiciatur tempus & modus, quo quid certius esse potest de natura rei. l. 1. §.



his autem ff. ne quid in flu. pu. & ibi Bart. ubi uide. & l. pretia rerum. ff. ad legem falcid. Possent infinita exempla numerari, quia lex multas qualitates habet, ut supra dixi, in tit. de legib. ex quibus elici possent plures regule, sed predicta doctrina & exempli gratia sufficient.

**N**am unumquodq; secundum naturam suam interpretari & intelligi debet. l. sciendum. de uerb. obligat. l. cum quid. ff. si cert. pet. l. in ratione. s. si filio. ff. ad leg. falcid. Amplius unumquodq; presumitur esse tale, quale de iure esse debet arg. l. si. s. pe. ff. de iust. & iur. l. sed licet. de offi. prefat. & glo. & ibi Bart. in l. miles. s. de re iudi. Vnde Bart. in l. recusare. s. Titius. dicit, quod illa uerba: si filius meus decesserit sine liberis, Titium instituo & substituo, intelligi debent directe & per fideicommissum. Item, si dixit uulgariter, pupillariter & per fideicommissum, iure alternatio: & sic est electio substituti. Ex qualitate rei siue negocij, de quo agitur, mens colligitur: quia uerba debent intelligi secundum subiectam materiam de qua loquitur lex: quia uerba rebus seruire debent, non e contra. c. intelligentia. extra de uerb. signif. l. quoties idem sermo. de reg. iur. facit quod not. Bart. in l. j. s. omnis. ff. de accus. & Bart. in l. Gallus. s. quidam recte. de liber. & posthum. quod uerba debent intelligi gradatim secundum gradum affectionis ad rem, not. in l. & iurisiurandi. ff. de oper. liber. & l. j. C. de sec. nupt. Quaedam uerba proferimus, ut significemus qualē imaginationem mens de rebus conceperit: ut dixit Aristoteles in primo Periermenias, in princ. Amplius, licet à uerborum proprietate recedere, ut mentem legis interpretemur

temur secundum subiectas res, tex. in l. si uno. s. j. ff. loca. & in l. in naue saupheli. ff. loca. & l. pater Scuerinam. s. conditionem. ff. de condi. & demonstr. l. si. ff. de usufru. earum rerum quæ usu consumuntur. l. Imperatores. ff. de in diem add. l. in insulam. ff. qui pot. in pig. hab. l. de inui. s. j. ff. de dam. infect. & ibi Bart. in l. si stipulatus. s. j. ff. de usur. Bald. in l. si. C. de act. empt. l. sed si susceperit. s. j. & l. fideicommissum. ff. de iudi. & per Bartol. in l. qui Romæ. s. fin. de uerb. oblig. & Bart. in l. omnes populi. de iusti. & iur. in materia de interpretationis declaratione. & Bald. in l. multum. C. si quis alte. uel sibi dixit, si quis dicat, constituo te procuratorem, in re quæ nõ potest expediri per procuratorem, quod debet intelligi, procurator, id est nuncius. facit. c. maiores. s. ceterum. extra de baptis. & quod dicit Bart. in l. j. s. quibus autem. ff. quod cuiusq; uni. no. & est text. optimus in c. petitio. extra de procur. Ad hoc etiam optime faciunt notata per Bart. in l. ex facto. s. fin. ff. ad Trebell. & in l. gallus. s. etiam. ff. de libe. & posth. quod hoc uerbum, hæres, multoties significat filios tantum, non extraneos. Item dicitur: si uerbum proferatur à lege, quod potest interpretari tam in malam partem quam in bonam: si quid lex loquitur prohibendo, debet intelligi esse acceptum in malam partem: si uero iubendo uel permettendo, debet interpretari esse acceptum in bonam partem, ita notatur c. j. de constit. super uerbo, sensu: quia lex prohibet illicita, & permittit licita. l. j. ff. de iusti. & iur. Et ex hoc sequitur, quod pacta apposita in contractu non congrua ipsi contractui, sed contraria uel insolita, quod contractus

presumitur simulatus. c. ad nostram. de empt. et uendit. c. illa uox. de pign. facit glos. in. l. si quis sub conditione. ff. de condi. instit. Item, dicimus quod ille sensus eligendus est, prout res communiter accidunt. l. nam ad ea. ff. de legib. l. sed et in illo. ff. de reb. du. facit optime. l. iij. ff. qui et a quibus. l. nam ad ea. ff. de legib. l. si uxor. s. illius. ff. ad leg. Iuliam. de adult. Verba enim concordari rebus uersimilibus. l. si ita quis. ff. de euct. Item dicimus, quod uerba ambigua debent referri ad eam personam ad quam res magis pertinet. l. si seruus. s. qui margaritam. de leg. j. et l. cum in testamento. ff. de aur. et arg. lega. et ibi Bart. et in Authent. si quando. C. de constit. pec. l. post mortem. s. j. ff. de administ. tut. et optimus text. iuncto Bar. in. l. lege Cornelia. ff. ad Sille. in fin. et opti. text. in. l. seruo legato. s. si testatoris. et ibi Bart. de leg. j. dum dicit. nasci actionem ei qui non est nominatus in statuto uel testamento, si modo eius inter sit. Item dicimus, quod ille sensus capiendus, qui sit magis proportionabilis rei, glos. not. in. l. semper. de regul. iur. et dicitur in regula inspicimus. lib. xj. et glos. et Doctores in. l. si ex falsis. C. de transact. et glos. in. l. cum quid. et ibi no. ff. si cer. pet. et glos. in. l. j. de superfi. Bart. in. l. Paulus. de solut. circa princ. Ad hoc facit, si quis solut. pretium non proportionabile rei uendit, uel pensio rei locata, uel pensio non est proportionabilis fructibus fundi: puta, si ex uinea locata soluatur oleum, presumitur contractus simulatus. c. ad nostram. de emp. et uend. et optime facit ille casus mirabilis in. l. si ita scriptum sit. ff. de lib. et posth. quem uide omnino. Item, de societate contracta et de tributis

butis, ut intelligatur fieri proportionate contracta. Item, quod uerba intelliguntur secundum qualitatem personae, faciunt notata per Bal. in. l. si. C. de indi. uid. tol. in pe. questione, quod uerba, domina usufructuaria de mutatis personis mutant interpretationem, ubi ponit pulchram distinctionem. Item dicimus, quod ille sensus est capiendus, qui magis ordinatur ad finem et propositum negotij subiecti. l. praetor. s. omnis. ff. ui bon. rapt. unde testes rogati, intelliguntur esse rogati ad illud negotium quod gerebatur dum rogarentur. Item sequitur, quod si mandato pactum sit de re custodienda, potius dicitur mandatum plenum ultra naturam suam quam depositum. l. j. s. quod si rem. s. seq. ff. depositi. Item, si in transactione dicitur inspectis uerbis testamenti, intelligitur, ad hoc ut transigi possit. Item, dicimus quod uerba interpretantur secundum respectum qui pertinet ad rem de qua agitur. Unde dicitur, quod testator qui fecit testamentum, et non dedit tutores pupillis filijs, dicitur intestatus decessisse, quo ad dationem tutorum. Instit. de legit. agn. tu. s. quod autem. et l. intestato. ff. de legit. tut. qui text. est notandus ad hoc. et optimus text. in simili. in. l. fulcimus. s. quod si aduersus quosdam. ff. ex quib. caus. in pos. ea. l. quid sit fugitiuus. ff. de edil. edic. per totam legem. Unde notabiliter dixit Bald. in. l. si. C. de usur. quod si debitor obtulit usuras faeneratori etiam non petenti, quod non uideatur donare, sed potius soluere. arg. l. si uno. s. j. ff. loc. ite, dixit notabiliter in. l. si. C. ad Maced. State statuto, quod filiusfam. non possit se obligare sine consensu patris, nisi sit mercator, quod tunc demum licet contrahere cum mercatore,

si contrahit occasione mercantiæ: secus si aliter. l. idem ait. uer. ceterum. ff. naut. cau. stab. l. fin. C. de iurisd. om. iud. uidetur tex. in l. actione. §. si. cum. l. seq. ff. pro soc. in dubio tamen præsumitur contraxisse in causa mercantiæ arg. notatorum in l. Macedoniani. eod. tit. Item ex loco uidetur legem intelligi debere secundum cum locum in quo res disposita in lege gerenda est, magis quam locus contractus, ubi lex lata sit. arg. l. exigere. ff. de iudi. ucluti, si lex dicat instantiam durare decem diebus utilibus, inspicitur locus ubi instantia agitur, an sint utiles uel nō. Et per prædicta etiam dicitur, quod si statuto cauetur, quod adhiberi debeat plena fides libris mercatorum, debet intelligi in causis pertinentibus ad mercantias, nō aliter. l. si quis ex argentarijs. §. rationem. in fi. ff. de eden. quod est notandum. Vnde etiā dicitur, si quis accepit pecuniam ad aliquem finem, in dubio præsumitur ad usum expendisse, et not. Bar. in. d. l. fin. ad Maced. per. l. fin. C. de pig. quod est notandum. Ex qualitate eorum quæ adiuncta sunt his de quibus disponitur, multipliciter mens legis colligitur, scilicet ex copulatis, ex causis et effectibus, ex antecedentibus, ex consequentibus, ex parificatis, ex correlatiuis, ex subrogatis, ex qualitate loci, instrumenti, et temporis, ex similibus et exemplatis, ex genere, ex specie, ex toto et parte, ex contrarijs et repugnātibus, ex cōsuetudine loci uel loquentis, ut supra dixi de ampliatione, ad quæ te referas. Primo ex copulatis et cōiunctis. Nam cōiuncta uno iure et uno modo cēseri et determinari debēt. l. eū qui ades. ff. de usuc. l. iam hoc iure. ff. de uulg. et pup. l. quāuis. C. de impub. et ali. subst. c.

maio

maiores. §. ceterum. extra de baptis. Item ex adiunctis alternatiue: ut est text. sing. in l. 1. ff. de reb. dub. in fi. et in adiunctis compensatiue: ut est tex. in l. quoties. ff. ad Trebel. Vnde etiam dicitur quod copulata uno tempore et uno casu debentur. l. si legatarius. §. cū ita. et ibi Bar. ff. de leg. iij. l. fi. C. de sent. et interl. om. iud. quod intellige prout illa lex limitat, scilicet, ubi subiecti casus secundum naturam suā possunt concurrere: uel intellige, nisi uariarentur persone, quarū cōtemplatione diuersa mens præsumeretur: et singulariter not. Bar. in. l. si ita scriptū. ff. de manum. uind. et supra de causa et ratione dixi. Item, quod qualitas adiecta uerbo debet intelligi secundum naturam uerbi sibi adiuncti. l. in delictis. §. extraneus. ff. de nox. act. l. Lucius. ff. de testa. mil. l. uerbū erit. in fi. ff. de uerb. sig. l. fi. §. fi. ff. de incē. rui. nau. l. sciendū. §. fi. ff. qui satisd. cog. l. ij. ff. de aur. et arg. leg. Bar. in. l. ex facto. in princ. ff. de uulg. et pup. Item, ille sensus eligendus est, qui magis congruit in eodem genere cū copulato uel disiuncto. l. seruus at. et l. quisquis. ff. de uerb. signif. l. fi. §. cui dulcia. ff. de uin. tri. ole. fru. leg. Per quæ Bal. in. l. si auie. C. de succes. edict. si statutum dicit, quod filij et nepotes excludant fœminas, intelligitur de nepote, qui est filius filij: si autem diceret, quod fratres et nepotes excludant fœminas, debet intelligi de nepotibus, scilicet filijs fratrum. l. hoc amplius. §. de his autem. et ibi Bartol. ff. de dam. infē. Vnde etiam dixit Bart. in. l. hoc iure. ff. de sol. quod hoc uerbū, exigere, si adiungitur uerbo importanti actum experiundi in iudicio, ut si dicatur: facio te procuratorem ad agendum et exigendum: tunc intelligitur

K 4 quod

quod possit accipere solutionem etiam ab invito. aut ad-  
iungitur uerbo importanti recipere solutionem: ut. si fa-  
cio te procuratorem ad exigendum & solutionem reci-  
piendum: & tunc non importat quod possit exigere ab  
invito. facit optimè. l. si. s. si. & l. hominem. ff. mand. Itē,  
quod exceptuata debent esse de genere contentorum in  
regula. l. i. ff. de reg. iur. & e contra. Itē, dicimus quod clau-  
sula generalis, in dubio comprehendere debet casus similes  
expressus. c. sedes. de rescrip. not. in. l. sed si quis. s. queri-  
tur. ff. si quis cau. & in. l. ij. ff. de eo quod cer. lo. & facit  
l. ij. C. de ser. fug. ibi. uel alia poena, subauditur, simili ex-  
pressa. Vide quae dicta sunt supra, qualiter lex restringa-  
tur ex qualitate expressorum. Secundo legis mens colligi-  
tur ex causis & effectibus ipsius legis. Vnde dicitur,  
quod uerba dubia disposita ad unum finem & effectum,  
non debent trahi ad alium finem sibi contrariū. l. legata  
inutiliter. de leg. j. l. nulla ratio. ff. de legi. cū simi. etiā si à  
proprietate uerborū recedatur. l. in testamēto. ff. de uer.  
sig. Ex hoc etiam sequitur, quod effectus cōmensurari de-  
bet suae causae. l. ita. s. j. ff. de admi. tu. Instit. de legit. agn.  
tut. s. quod dicitur. l. cancellauerat. & ibi not. ff. de his  
quae in testa. dele. Item facit quod res debet denominari  
à causa principali non accessoria. l. j. & ibi gl. & Docto-  
res. C. de suis & legit. Vnde dicunt Doctores, quod statu-  
tum, quod foemina dotata nō succedat, intelligitur, quod  
non succedat in bonis illius à quo dotata est. & si statu-  
to cauetur quod contra testamentum non possit opponi  
exceptio, intelligitur ab his qui scripti sunt in testamen-  
to, qui ei iam cōsenserunt. Bal. in. c. super eo. de offi. dele.

quia

quia ubi uerba possunt se habere ad plures res, causas uel  
effectus, iudicantur in dubio esse prolata ab initio ut deci-  
dantur omnes effectus futuri. l. iij. in si. ff. de adimen. leg.  
l. hoc contra. la. j. ff. de condi. & demon. l. si Iulianus. ff.  
ad Macedon. l. qui res. post prim. ff. de solut. l. si seruitus.  
ff. de seruit. urba. praed. Ex hoc etiam sequitur quod poe-  
na in dubio illi applicanda est, in cuius fauorem apposta  
est. l. uxorem. s. haeres. & ibi not. ff. de leg. iij. Ex hoc se-  
quitur, quod uerba dubia legis ita interpretanda sunt, ut  
fortiantur effectū, non ut actus pereant. l. quoties. de reb. Verba legis du-  
bia quali-ter in-  
terpretanda  
dub. & l. quoties. de regu. iur. Ex his etiam dicitur, quod  
res quae determinatur secundum cursum temporū, uaria-  
tur uariato tempore. l. pretia rerum. ff. ad. l. falcidiam. l.  
Titia Seia. s. usuras. de lega. ij. l. pen. C. de usur. not. per  
Bar. in. l. centurio. ff. de uulg. & pup. Ad hoc optimè fa-  
cit, quod causa restringit & ampliat uerba legis, de quo  
suprà dictum est in prima parte principali. Tertio mens  
legis colligitur ex antecedentibus & sequentibus: ut est  
optimus textus in. l. quoties. C. famul. hercis. Ad hoc opti-  
mè facit. l. utrum. ff. de petit. haered. l. si seruus plurium. s.  
si. & l. qui filiabus. de leg. iij. c. inter dilectos. extra de fid.  
instr. l. Titia. & l. triticū. & ibi not. ff. de uerb. oblig. &  
l. nam ad ea. & l. Publius. ff. de condi. & demon. l. j. C. de  
libe. praeter. l. si. ff. ad Trebell. & ibi Bart. cum similibus.  
Vnde Iaco. Butri. in. l. mancipia. C. de ser. fugi. Si statuto  
cauetur, quod turbans possessionem alicuius, cōdemnetur  
in centum, & ad restituendam possessionem: quod tale sta-  
tutum debet intelligi de turbatione expulsiva non de in-  
quietatiua: quia uerbum, restituere, pertinet ad eum qui  
spoliavit

K s

spoliavit

spoliavit, non ad eum qui turbat. Et hoc non solum habet locū in præcedentibus in scriptura, sed etiā in præcedentibus cōsuetudine facti. l. nummis. de leg. iij. et l. si seruus pluriū. de leg. j. l. excepto. C. loca. et l. domini prædiorū. C. de agr. et cens. li. xj. l. si prius. §. j. de aqua plu. arc. ubi locatio intelligitur esse facta secundum qualitatem præcedentium annorū et cōsuetā: quod nota. et uide supra de ampliatione et restrictione respectu cōsuetudinis. Ex hoc etiam sequitur, quod excepta debent intelligi esse de genere regule: et contenta sub regula de genere exceptorum. l. j. ff. de reg. iur. l. generali. §. uxorem. ff. de usufruc. leg. Notandū tamen quod uerba subsequētia magis debent adaptari uerbis præcedentibus disponentibus regulariter et principaliter, quā disponentibus exceptionē uel demonstrationē: ut est textus, et ibi glo. et Bart. in l. nam quod liquide. §. si. ff. de penu leg. faciunt notata singulariter per Bar. in l. si cui. de leg. j. Spe. in ti. de positio. §. septimo. uer. xij. et Butri. in. c. j. de plus peti. Item, uerba legis eo modo interpretanda sunt quo ad accessoria, si cut quo ad principale. Institu. qui dare tut. poss. §. certæ rei. Hinc etiā sequitur, quod regula declaratur per exempla in legibus posita: nam licet exempla non restringant regulam, ut in l. regula. prope fin. de facto. et iur. ign. et l. damni infecti stipulatio pertinet. de dam. infe. tamē per exempla lex declaratur, argumento notatorū Insti. de re. di. ibi. picturā Apellis. Vnde dixit Bal. in l. omnes populi. si statutum dicit, quod extantibus masculis filia nō succedat, nisi in dote: factō uero testamento non succedat, nisi quatenus ci testator iusserit ut relinquatur, intelligo factō testa

cto testamento masculis existentibus: quia illa particula uero, inducit repetitionē. l. Seia. §. Caij. de fun. instru. Item ille sensus accipiendus est, ex quo nō sequitur aliquod repugnans cū antecedenti. l. nam ad ea. de cond. et demon. Item ex quo nō sequatur absurdū. l. si. ff. ad exhib. Quod colligitur ex parificatis et adequatis: ut notatur in l. j. de leg. j. et ibi notatur, in l. priuilegia. de episc. et cler. Adde que supra dicta sunt, quod ratione parificatorum lex restringitur et ampliatur. Ex quo inferūt Docto. ad plura: Quinto colligitur ex correlatiuis. l. scemine. et l. generali. C. de secū. nup. l. ulti. C. de indi. uid. toll. l. electo. §. j. de noxa. Vnde etiā sequitur, quod lex interpretans debet intelligi secundum legem interpretatā. l. nihil. et ibi Bart. de coniung. cum emanc. liberis. et in Authent. de fil. an. dotal. instr. natis. §. j. Et iam ex contrarijs, ut quod unum ex contrarijs abstulit, aliud contrarium restituat. argu. l. j. in princi. C. de cadu. tollen. Hinc etiam dicitur licet appellatio partis intelligatur de dimidia, ut habetur in l. pars. ff. de accept. tamē ubi in casu contrario fit mentio de toto, pars debet intelligi et de maiore et de minore, quā dimidia: ut est textus secundum Accurs. Institut. loc. §. adeo. in fine. Sexto ex subrogatis: nam subrogata debent intelligi secundum qualitatem eorum in cuius locum succedunt. l. j. C. de offic. eius qui uicem alteri. ger. l. eum qui. §. fina. ff. si quis cautio. Et notatur in l. certi conditio. in principio. ff. si certum petat. Et generaliter ex omnibus modis et locis, quibus lex extenditur et restringitur: de quibus supra dictum est. ijdem lex declaratur. quia plus est legem extendere et restrin

restringere quam declarare. l. palam. §. sed si notā. ff. de testa. not. in l. petens. C. de pact. per Bald. puta una lex declaratur per aliam. iuxta Doctores singu. in l. prator ait. §. est itaq; ff. ui bo. rapt. ubi dicitur, quod ubicunq; a statuto datur certa forma alicui regulæ etiam contra ius commune, tunc aliud statutum simpliciter loquens circa materiam illius regulæ, debet intelligi cum illa forma. fa. v. l. electio. §. fin. ff. de noxa. quæ est notanda ad hoc.

Septimum ex qualitate loci, instrumenti & temporis, ubi & quando fiunt. argu. l. sed si suscepit. de iud. l. 1. §. sed & si. ff. de exercito. in fi. & l. fin. §. interdum. eo. titu. l. aut facta. §. fin. ff. de pœ. cū similibus. facit. l. hoc iure. de condi. & demonstr. Ex qualitate personarum. l. Pomponius. in fi. de neg. gest. l. sed & si suscepit. §. 1. ff. de iudi. l. si longius. §. fin. ff. eod. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. 1. & ibi plene notatur. l. aut factio. ff. de pœn. l. plenum. §. Equitij. ff. de usu & habi. l. pater. §. in conditione. & l. cum uir uxori. de condit. & demonstr. qui textus in supra scripto not. l. fin. C. ad Maced. ut ibi not. l. ex militari. ff. de testam. milit. cum similibus. l. penul. ff. de adim. lega. l. cum ueterum. C. de dona. ante nupt. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthu. Ad hoc optime facit. l. Petro Luci. §. frater. de lega. ij. l. heredes mei. in fi. ff. ad Trebel. quod uerba debent intelligi gradatim secundum gradum affectionis: ut notat plenè Barto. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthu. & textus optimus in l. j. C. de secun. nupt. & ibi Bal. Ad hoc facit gl. in. c. cū accessissent. de consti. ubi dicitur, quod donatio prelati, uel transactio, præsumitur personalis non realis, unde nō transit in personam

sonam donantem uel transigentem: secus si donetur ecclesie, quia ecclesie potest donari, non autem potest ipsa donare: quod nota perpetuo. Item facit optime. l. Seio. de annu. lega. per quæ Bald. in l. 1. C. de lega. dicit, quod si uxori legatum est, ut tractetur in domo filiorum, quemadmodum tractatur tempore mariti, quod uxor uidua non potest uti uestibus splendidis, quibus utebatur tempore matrimonij, quia non conueniunt personæ uiduæ, quod est notandum. Item quotuplex sit conditio personarum, uide in prædicamento, qualitas. Item singulariter facit quod uerba debent in eum sensum trahi, qui conueniat officio & dignitati & potestati loquentis, ut est glo. in l. & pu to. §. Iulianus. ff. famil. hercisc. & l. prator. §. miles. ff. de re iu. Itē faciūt notata in l. fi. de iudic. uid. toll. in l. Titia. §. Titia. de leg. ij. de istis uerbis: dominā & usufructuariā quæ recipiunt uarias significationes ex diuersis personis substitutis & institutis. Ex qualitate legislatoris. Verbi gratia. Si à lege fiat mētio de sacrilego, siquidem est sub iurisdictione pontificis, secundum leges canonicas debet intelligi: si uero est sub iurisdictione imperiali, debet secundum leges ciuiles intelligi. ita notatur in l. si nondum. C. de furt. faciunt notata in l. fi. C. de succ. edic. Etiam si hoc prædicabile species proferatur a iurista, debet intelligi de indiuiduo: secus si proferatur à logico: secundum notata in l. legato generaliter. de leg. 1. faciunt notata in l. j. ff. si quis ius di. non obtemp. Item, hoc uerbum, æquum, si proferatur à geometra, debet intelligi par, secundum mensuram: si uero à legislatore, debet intelligi, id est iustum, secundum rationem iustitiæ. Ad hoc facit quod dicitur, consue

consuetudinem loquendi & faciendi patrisfamilias esse inspiciendam. l. seruus plurium. s. fi. ff. de leg. j. & ibi not. Unde dicimus, quod uerba testatoris potius recipiunt interpretationem à statuto & consuetudine loci, & non uideatur instituisse filias. arg. c. quod dilectio. extra de consang. l. ij. ff. de suis & leg. Ultimo mens legis colligitur ex locis, ex quibus lex ampliatur & restringitur. Nam ex qua coniectura lex ampliatur & restringitur. multo fortius declaratur. arg. l. palam. s. sed si notam. ff. de testa. quæ hic pro repetitis haberi congruit. Ex prædictis erit quæstio: Si plures coniecturæ mentis contrariæ concurrant, quæ sit eligenda? & in hac quæstione puto legem esse interpretandam secundum illam coniecturam mentis, quæ magis sit efficax: sicut in testibus in simili dicitur. l. ob carmen. ff. de testi. & illa dicitur clarior & efficacior mētis cōiectura, cuius rationis oppositū magis est contra mentē legis, & ex quo magis absurdū sequeretur: puta, si oppositum concederetur, lex esset sibi contraria, uel impossibilis, uel iniusta, uel inutilis. arg. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquiliam. l. exigendum. C. de procur. in glo. Et in similibus dixit subtiliter Bal. circa rationem testiū, in. l. conuenticulam. C. de episco. & cleri. subtiliter illud intuentum est, tria esse, ex quibus gradatim scriptura recipit interpretationem. Primo, scilicet res subiecta. Secundo, intellectus. Tertio, uox: nam literæ ipsas uoces significant, uoces uero intellectum, intellectus autem concipit res. quoniam rebus menti nostræ præpositis intellectus primo concipit: intellectus enim absque re subiecta uerus esse non potest: post rem conceptam uoce exprimit: uox quoque

quoque præter intellectum nihil significare potest, sicut uox picæ uel papagalli: facit. l. obligationum substantia. s. fin. de acti. & obliga. postremo uoces literarum figuris designantur. Patet ergo quod litera recipit interpretationem à uoce. textus in. l. non figura. de acti. & obliga. & l. j. C. plus ualere quod agi. quæ uox recipit interpretationem ab intellectu & mente. l. Labeo. ff. de supell. lega. l. nepos Proculo. ff. de uerbo. signifi. Intellectus uero recipit interpretationem ab ipsa re subiecta. l. si uno. ff. loca. l. quoties idem. ff. de regu. iuris. c. intelligentia. & c. præterea. de uerb. signi. Dicimus enim non intentionem deseriuire uerbis, sed uerba intentioni. l. fin. circa finem. ff. ad Trebel. c. secūdo requiris. extra de appell. tamen quia aliquādo intellectus nō rectē rem cōprehēdit, sed decipit, ut in tit. ff. & C. de iur. & fact. igno. sequitur quod uox potius accommodanda est intellectui quā rei: secundum Aristotelem & Boëtium in lib. Periermenias, in princi. Secunda ratio est, quia mens est causa immediata, res uero est causa remota. unde magis ab immediata: secundum Aristotelem primo Posteriorum. Tertia ratio est, quia res in intellectu uel opinione non est, prout est ipsa res, sed prout est modus apprehendendi: ut in eo qui habet sanguinem in oculo, omnia uidentur rubea, licet sint alba: & in illo qui habet cholera in lingua, omnia uidentur amara, licet dulcia: & aliter nasus rem intelligit & aliter tactus, secundum Boëtium in ultimo libro de Consolatione. Ex quibus etiam inferitur quod illa est efficacior legis interpretatio. Primo, quæ conuenit intellectui. Secundo, quæ conuenit rei subiectæ. Tertio, quæ conuenit uerbis. Quarto

Efficacior legis interpretatio,

Quarto, quæ conuenit scripturæ. nam propter unum-  
quodq; tale, & illud magis. l. in republica. C. ex quibus  
cau. ma. At si mētis coniecturæ pares sint, tunc illa eligen-  
da est quæ magis cōgruit proprietati uerborum. d. l. ancil-  
las. de leg. j. & d. l. Labeo. & d. l. nepos Proculo. cū simi.  
& infrā proximè dicitur. Sed solet dubitari an à propria  
uerborum significatione sit recedendum, ut seruiatur fa-  
uori: & uidetur quòd non. per. l. in obscuris. ff. de reg. iur.  
At quòd ex proprietate uerborum colligitur, non dicitur  
obscurum, sed clarum. d. l. nepos Proculo. cum similibus.  
Ergo ad fauorem, uel ad id quòd minimum est, non est cō-  
fugiendum. Contra tamen tenuit gloss. notabilis in. l. cum  
de nouo. in fin. C. de legib. pro qua textus optimè facit. l.  
quòd Seruius. & l. quisquis. ff. de uerb. signi. & l. fin. C.  
unde ui. Ad hoc singulariter facit textus. & ibi Bald. in  
c. j. quando mari. succ. ux. quòd æquitas præferenda est  
argumento à denominatione uerborum, & est textus in  
l. unica. C. ut actiones ab hæred. contra. ibi, ne propter ni-  
miam subtilitatem uerborum latitudo uoluntatis contra-  
hentiū impediatur. & est textus in. l. in testamentis. cum  
ibi notatis, de reg. iur. Nam illud silentio prætereundum  
non est, quòd eo tandem ad intellectum fauorabiliorem,  
uel quòd minimum est, peruenitur cum alia coniecturæ  
mentis non constant. l. semper. & l. in obscuris. de regu.  
iur. in fin. l. si duo. ff. de re iudi. Non enim obscurum est,  
cum legitimis præsumptionibus mens colligi potest. l. li-  
cet. in princ. de lega. j. cum similibus. Quoniam cum de  
contraria mente legis euidenter constare nō possit, à pro-  
pria uerborum significatione non receditur. l. non aliter.  
de leg.

de leg. iij. l. j. §. si is qui. de exercito. ibi, in re igitur dubia  
melius est uerbis edicti seruire. nam cum uerba sint nun-  
cia cordis, nemo dixisse præsumitur, nisi quòd mente agi-  
tatum est. l. Labeo. de supel. lega. l. nepos Proculo. ff. de  
uerb. sig. Absurdum enim est à uerbis certis propter du-  
biam mentem recedere: aliàs nihil certum à lege statutū  
diceretur. arg. l. non omnium. & l. seq. ff. de legib. l. pro-  
spexit. ff. qui & à quib. Videndum est igitur quæ sit pro-  
pria uerborū significatione. Sed illud replicandū est, quòd  
aliquando propria uerborum significatione sententiæ con-  
gruit, & tunc sine dubio utrunq; seruiatur. Aliquando pe-  
nitus dissentiant uel repugnant, tunc neutrum obseruan-  
dum. l. si quis in fundi uocabulo. de leg. j. & l. in ambi-  
guo. ff. de re. dub. l. fi. C. de hæc. insti. Aliquando constat  
quòd impropria uerborum significatione, nō tam longe  
declinans, magis accommodatur sententiæ, quàm propria si-  
gnificatione, & tunc magis sequenda est impropria signifi-  
catio & sententia, quàm uerborum proprietates. l. j. ff. de  
suis & legit. c. præterea. extra de uerb. sig. Et suprā ple-  
ne dictum est: secus si nimis abusiuæ esset uerborū inter-  
pretatio, id est non usitata. d. l. fi. C. de hæred. insti. d. l. si  
quis in fundi. Aliquando & quarto, sententiæ pariter ser-  
uire & accommodari potest & propria & impropria  
uerborum significatione, tunc proprietates uerborum dili-  
genter inspicienda est, nec ab ea receditur, si uterq; intel-  
lectus accommodari non potest. text. in Authent. de resti-  
fidei. §. nos igitur. quia uerba possunt derogare nature  
rei: ut est tex. optimus in. c. j. de duobus fra. à capi. in uel.  
c. præterea. in fi. extra de uerb. sig. l. constitutiones. ff. ad



municip. & l. quod constitutum. ff. de testa. mil. & infra infinitis penè exemplis docebitur. & ratio est, quia certa incertis preferenda sunt. l. continuus. §. j. C. de impub. & ali. sub st. l. precibus. l. semper. de reg. iur. Possit etiam demonstrari per rationem arithmetica. Notandum est quòd uerborum significatio tum ex institutione maiorū nostrorum, tum ex usu communi hominum imposita est, qui communis usus hominum si probatus fuerit, derogat propriæ significationi: quia sicut ex uoluntate hominum rebus nomina imposita sunt, ita eorum contraria uoluntate mutari & alterari possunt. l. librorum. §. quod tamen. de leg. iij. l. cum de lanionis. §. afinam molendinaria. ff. de fund. instr. l. auuiculus. de uerb. sig. l. Labeo. & ibi Bart. ff. de supell. leg. glo. in Authent. hos loco. C. si mulier secundo nupsit. facit. l. de quibus. ff. de legibus. Vnde Horatius in arte poetica:

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;

Quæ nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus.

Quem penes arbitrium ius est & norma loquendi. Nomina sunt imposita rebus multiplici ratione. Aliquando secundum rerū inuentores, & sic causam efficientē, ut libri Iuliani & Papiniani & Iustiniani. Aliquādo secundum causam finalē. Aliquādo secundū naturalē. Aliquādo. Aliquando secundū finem. Aliquando secundum obiectum. Aliquando secundū effectum. Aliquando secundū qualitatem & accidens rei. Aliquando à loco. Aliquādo à tēpore, & sic de alijs prædicamētis. At si consuetudo nō constat, tunc propria uerborū significatio attendenda est. Scire quoq; oportet, quòd cōmunis usus loquendi, à propria

Vfus loquendi duplex.

pria significatione declinans, duplex esse constat. Vnus, quo etiam periti literarum uti solent: & hic ubiq; admittendus est, tam in legibus, statutis & rescriptis, quam etiā in contractibus & ultimis uoluntatibus. l. j. ff. de suis & legit. l. librorum. §. quod tamē. de leg. iij. l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. in gl. c. ex literis. de spons. l. in usu. ff. de uerb. signif. l. solemus. ff. de cond. & demon. & ita intellexit Bart. in rub. ff. de no. ope. nunc. & Bart. in l. stipulatio ista. §. hæc quoq; in fi. ff. de uerb. oblig. Secus uero quo imperiti & uulgares abutuntur: quia tunc talis usus in statutis, legibus uel rescriptis capiendus nō est. l. Labeo. ff. de supel. leg. & ibi Bar. in glos. in l. apud Iulianum. §. scio. in uerbo, uulgo. ff. de leg. j. & l. si dictum. ff. de euic. in princ. ibi, non ut uulgus opinatur, & notatur in l. ea tamen. de leg. iij. per Bart. & per glos. in l. si quis filia. ff. de testa. tute. ubi notatur quòd subtiles & peregrina uerborum differentie non sunt attendende in idiotis: puta, in testamentis, uel contractibus, uel attestationibus. Vnde consilium est, quòd notarij redigentes dicta imperitorum in scriptis, si proprie in latinum conuerti non possunt, in uulgari scribantur, prout prolata sunt arg. l. j. in princ. ff. de execut. tut. & si dicta idiothe per notarium literarum peritum redigantur in scriptis, debent intelligi prout uiri prudentes intelligere solent. l. j. C. de usur. & ibi notatur. l. sciendum. ff. de uerb. obli. & optimus text. in c. ex literis. & ibi not. extra de spons. & l. fin. & ibi notatur per Bart. ff. ad Trebell. Vnde dixit Bal. in l. de quibus. ff. de legib. quod ille sensus capiendus est, qui uulgari sermone & usitato cōuenit. l. in uul-

L 2 gari

gari. §. si. ff. de uerb. sig. et glo. in. j. consti. ff. et idē Bald. in Authent. sed nouo iure. C. de furt. Sed si litera est obscura, debet recurri ad sermonem uulgarem, ut fiat clara. l. in uulgari. in si. ff. de uerb. sig. et si uulgaris sermo est dubius, recurrendum est ad literalem sensum. l. librorum. §. quod tamen. ff. de leg. iij. Vel ad equipollens. Vnde si dubitatur an ista oratio sit affirmatiua uel negatiua, Titius caret, exponenda est. Titius non habet filios, secundū Bald. singulariter in tit. de duo. frat. à cap. inue. Propria uero uerborum significatio ex plurimis locis inuenitur.

Ex quibus locis propria uerborum significatio sumatur,

Et primo ex definitione. Nam ille proprius est intellectus uerbi qui conuenit suae definitioni. l. j. ff. de testa. l. j. ff. de tut. et ibi not. l. j. de dolo. l. j. ff. de furt. cum simil. Secundo, illa est propria significatio quae conuenit etymologiae. l. ij. §. appellata. ff. si cerum pet. l. j. ff. de tut. l. j. ff. de acquir. possess. in princ. et l. j. in prin. C. de caduc. tol. ibi, aperta uoce caducum appellatur. Tertio, illa quae est imposita per maiores nostros. l. Masurius. et l. Laheo. ff. de uerb. sig. cum simil. Vnde illa est prior significatio, quae est secundum rationem grammaticalem. l. Plautius. de aur. et arg. l. c. abbate. de uerb. sig. c. ad audientiam. extra de rescrip. et l. Imperator. ff. de sta. ho. l. si. et ibi not. ff. ad Trebel. per Bar. in. l. solent. in fin. ff. de adim. leg. Quarto, quae equipollet cum suo conuertibili uel exponibili: ueluti si conuertatur oratio passiuā in actiuā, uel e contra, uel uniuersalis oratio, in suas particularēs. Item, si propositioni contrariae preponatur negatio: quia tunc equipollet suae contradictoriae, uel si subiectus terminus in predicatū ordine debito transponatur, et mul

et multa huiusmodi, quae magis doctrina logica, quam legaliter probari et ostendi possunt. Quinto, quae congruit suis coniugatis: ut, si credere est alterius fide sequi, ergo creditor est, qui fidem alterius secutus est. l. ij. ff. si cert. pet. et si furtū est contractatio rei alienae inuito domino: ergo is fur est, qui contractat rem inuito domino. et res furtiua dicitur, quae inuito domino contractatur. l. j. ff. de furt. cum simil. et legatum factū cognationi intelligitur factum cognatis. l. si cognatis. ff. de reb. dub. Sexto, quae opponitur suo contrario uel correlatiuo, ut, si libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere licet: ergo seruitus est, quae quis dominio alieno contra naturam subijcitur. l. libertas. ff. de statu hom. et si is seruus est qui contra naturam alterius dominio subijcitur: ergo is dominus est, qui in alterum contra naturam potestatem habet. Vnde regula est, quod contrariorum est eadem disciplina. l. j. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. Et uinum uetus est illud quod non est nouum. l. uetus. ff. de uirit. leg. Ab exemplo. l. j. ff. ne quid in loc. public. et ibi diffinit locum publicum et theatrum. Item à differentia. l. j. de flumin. ibi, publicum flumen, quod perpetuo currit, siue quod deducitur ad proprium. nam aspiciuntur magis naturam propriam quam alienam uel appellatiuam. l. cum ita. §. de fideicom. de leg. iij. et ibi not. et l. Augustae. eod. tit. l. qui habet. §. tutelam. ff. de tutel. Septimo, illa quae est deducta ad speciem et ad simplex. Institut. de act. §. j. Instit. de inoffic. testam. §. j. quae non est promiscua, composita uel generalis. l. Quintus. de auro et argen. leg. et alia lex quae incipit: Quintus Mutius

dicit, quod appellatione argenti non continetur pecunia numerata. l. hoc legatum. de leg. iij. & ibi notatur. l. Titia textores. de leg. i. & ibi uide. optimus text. in. l. cum ita. s. fratre. de leg. ij. ubi uide. & l. Titia. s. fin. ff. de leg. ij. Octauo, quæ est secundum naturam & ueritatem, nõ quæ secundum fictionem, uel priuilegium, uel præsumptionem. l. j. s. hæc uerba. de neg. gest. l. Staius. s. fin. de iure fis. l. j. C. de edict. di. Adri. tol. l. filio. de lib. & posth. l. fin. C. de his qui æta. impetr. & l. j. s. si suspicio. ff. de incen. rui. nau. & ibi not. & l. ij. ff. quod me. cau. l. alius. s. est & alia. ff. quod ui aut clam. Et si statutum dicat, quod aliquis habeatur pro ciue uel pro maiore. quis proprie dicatur ciuis uel maior, uide not. per Bart. in. l. maritus. s. legis Iulie. ff. de adul. & Bald. omnino in. l. siue possidetis. C. de probat. Vnde dixit Bartol. quod si statuto puniatur gestans perlas, quod non incidat in poenam qui portat perlas fictas. per. l. prætor. s. hoc interdictū. ff. de riuis. & si statutum facit mentionem de confessō, non intelligitur in dubio de confessō ob contumaciam. Instit. de qualit. & differ. s. sed his. Pro hoc etiam dicitur, quod res considerari debet secundum aptitudinem & naturam, non secundum accidentia emergentia. Instit. ad leg. Aquiliam. s. his autem uerbis. & l. pretia rerum. ff. ad leg. falciam. glos. in. l. uendicatio. ff. de rei uendic. Nono, quæ est secundum ius uel mentem agentium, non quæ est de facto tantum. l. iij. de seruit. urb. præd. l. diuus pius. s. fin. de petit. heredit. l. iij. s. condemnatum. de re iudic. l. coram. ff. de uerb. signif. l. quid sit fugitiuus. ff. de edil. edict. l. Fulcinus. ff. ex quib. caus. in posses-

catur

atur. l. eleganter. s. reprobos. ff. de pig. act. Decimo, quæ est in potiori significatu. l. quicquid uenditor. ff. de act. empt. ibi, quassata. l. ij. ff. si ager uecti. c. si pater. de testa. lib. vj. in fin. l. nepoti. de fund. instru. c. si quoniam. extra de sentent. excom. Illud etiam notandum, quod uerba solent potius trahi ad significationem minorem, quam de minore ad maiorem. unde uerbū, tutor, accipitur pro curatore: non econtra ut est text. glos. & Bartol. in. l. tutor. s. curatores. ff. de administr. tut. Vndecimo, quæ est consequens rei designandæ per ipsam. Instit. de donat. s. est & aliud. l. proprie bona. ff. de uerb. signif. l. unca. in princ. C. de caduc. toll. Siue quæ conuenit effectui ipsius rei. l. si tibi. ff. si cert. pet. l. tabernæ appellatio. de uerb. signif. & ibi text. arguit, quod conuenientia rei potior est etymologia, siue quæ conuenit usui ipsius rei. l. si fundum. s. uinaria. de uerb. signif. siue quæ denominatur secundum propositum mutantium. l. j. s. quotidiana. de aqua quotid. & æstiuæ. Duodecimo, quæ denominatur à presenti, non à præterito uel futuro. l. si ita scriptum. & l. cum filius. s. hæres. de legat. ij. l. si ita legatum. de auro & argent. legat. l. si stipulatus fuero. s. j. & l. si à colono. C. de uerbor. obligat. l. qui ab eo. s. j. ff. de tuto. l. si nondum. C. de furt. l. solemus. ff. de condit. & demonstr. l. cum quid. ff. si certum. pet. Et notandum quod uerba quæ semel certam significationem habuerunt, non possunt ex post facto aliam recipere. l. si insulam. ff. de uerborum obligat. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulgari & pupillari. Tertiodecimo, quæ intelligitur per prius non per posterius: siue quæ intelligitur per uiam directam.

L 4 & im

& immediatam, non per obliquam & mediatam. l. qui  
 liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. l. non solum. in  
 princ. ff. de excus. iur. ibi noi. eam uiam quæ est ex cir-  
 cuitibus. l. sciendum. de uerb. oblig. & notatur in. l. si ut  
 propon. s. C. de rei uendic. & in. l. ij. C. de succes. edict.  
 quod appellatione aui non cõprehenditur proauus & c.  
 & optimus text. in. l. lege censoria. §. ij. de uerb. sign. &  
 not. Bartol. in. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fac. Item,  
 intelligitur secundum naturam principij non postremi.  
 l. §. si seruus. ff. de postu. l. clam possidere. ff. de acquir.  
 possess. l. si procurator em. ff. mand. Item, quod magis res  
 intelligitur secundum causam proximam quam remo-  
 tam. unde filius magis sequitur domicilium patris quam  
 aui: ut est text. & ibi Bart. in. l. filios. C. de municip. &  
 origin. lib. x. Quartodecimo, quæ est secundum ordinem  
scripturæ. l. si seruus communis. de stip. seru. Vide omni-  
no. l. pen. de reb. dub. ff. de usufruct. l. quoties. de hered.  
instit. l. qui soluendo. tum ordo scripturæ ordinem rei uel  
intentionis non mutat. l. ambiguitatis. C. de testa. l. si ita  
heredes. ff. de hered. instit. not. plene Bart. in. l. Gallus.  
§. quidam recte. ff. de liber. & posth. Quintodecimo, per  
quam singula singulis congrue reddantur. l. si negocium.  
C. de neg. ge. l. ite ueniunt. §. aptada. ff. de peti. her. & l.  
fin. C. de sent. Sextodecimo, qua duo in una ratione con-  
currere significatur. l. in lege censoria. ff. de uerb. signif.  
ibi, seruos quos domum suo usu. l. fin. C. unde ui. l. si lega-  
tarius. §. cum ita. de leg. iij. & ibi Bartol. l. ij. de aur. &  
arg. leg. c. licet causam. extra de probat. ibi, testes corru-  
pros falsum dixisse. & Bart. in. l. diuus. de re iudic. facit  
 opti

optimè. l. iam hoc iure. de uulgari & pupillari. cum ibi  
 notatis. & l. quamuis. C. de impube. & ali. subst. & d.  
 l. fin. C. de senten. & l. si mulieri. ff. de usufruc. accres. uer.  
 quod si mix. l. §. ff. si quis test. libe. es. ius. fuerit. ibi, habet  
 nanq; certos fines. l. ij. ff. de incen. rui. naufr. in princ. No-  
 tandum etiam est, quod uerba dupliciter intelligi possunt  
 Primo, prout sonant factum simpliciter, non habito respe-  
 ctu ad eius effectum, neque ius neq; ad animum agentis:  
 ut uerbum, possessio, potest referri ad tenorem, non quo  
 ad effectum uel ius. l. licet. C. de acqui. poss. & uerbum,  
 Testamentum, potest referri quo ad scripturam tantum  
 non quo ad mentem testantis, & in eo contenta. l. §. si  
 tab. testa. exta. & l. §. fin. ff. de secund. tab. Secundum,  
 prout factum est de iure factum. l. iij. §. condemnatum. de  
 re iudi. cum similibus, & prout habet effectum. l. iij. §. do-  
 cere. ff. ne quis eum qui in ius uoca. l. aliud. de uerb. signi.  
 & prout factum est cum animo. arg. l. diuortium. de di-  
 uortio. l. multum. & l. ij. ff. de condit. & demonst. l. quid  
 sit fugitiuus. de edil. edict. l. bouem. §. §. ff. eo. tit. l. non fi-  
 gu. & l. obligationum substantia. de acti. & oblig. Item,  
 ad illum finem. l. ij. §. homine. ff. ui. bo. rap. l. penul. ff. de  
 testa. l. cum ij. de transact. Cum enim omnis noster actus  
 constet ex duobus, ex ipsa materia simpliciter, siue ipso  
 actu corporis, & ex forma, scilicet animo & intentione  
 ipsius agentis, necesse est ut utrunq; concurrere debeat,  
 scilicet, actus & animus. Vnde dicitur, propositum &  
 uoluntas distinguunt maleficia: ut. l. qui iniuria. ff. de iniur.  
 & uerba secundum utrunq; actum intelligi oportet. No-  
 tandum tamen est, quod ubi duo substantiua uel duo adie-  
 tiua

ctiua neutraliter posita, sunt copulata, alterutrum per se sufficit. l. ea tamen adiectio. de leg. iij. l. qui cōcubina. eo. tit. l. qui filiam. s. fin. de condi. & demonstr. secus si copulantur accidentaliter. l. si hæredes plures. de condi. instit. secundum Barto. in consilio incip. Statuto urbis ueteris, nisi pura adiectiua essent talia, que simul non possent conuenire: ut, equos albos, nigros &c. De quo etiam in l. j. de iustit. & iure. Item nota, quòd ubi fit adiectio aliqua ampliacionis causa, tunc necesse non est quod concurrat. ueluti si dicam: ancillam cum liberis liberam esse uolo, ancilla libera erit, etiam si nullos filios habet. l. si ita. ff. de manu. testa. l. si mulieri. ff. de usufruc. accres. quia inducta ad ampliandum, non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. de lega. j. Adde que dixit Barto. in l. centurio. de uulga. & pupill. dum quærit de illa questione: si decesserit sine liberis. Idem si falsa demonstratio adijciatur corpori demonstrato, non est necesse ut concurrat. l. Quintus Mutius. ff. de auro & argen. lega. Decimoseptimo, illa est proprior significatio orationis, in qua talia sunt subiecta, qualia sunt prædicta, & econtra. l. stipulatio ista. s. hi quoque. de uerbo. oblig. Decimooctauo, illa est proprior significatio, qua omnes casus in oratione positi pariter determinantur: in quo copulata uno tempore & uno casu deberi significatur: & qua una res non diuerso iure censi possit. l. nam hoc iure. de uulga. & pupill. l. si legatarius. s. cum ita. de lega. iij. c. maiores. s. ceterum. extra de baptis. l. eum qui ædes. ff. de usuca. Hoc tamen fallit, ut supra de qualitate personarum: & singulariter per Barto. in l. si

ita

ita scriptum. de manu. testa. Decimonono, illa est proprior, que congruit tempori sui uerbi. l. in delictis. s. si damnum extraneus. ff. de noxa. l. Lucius. ff. de testa. mili. l. uerbum erit. in fine. ff. de uerb. signific. & supra dictum est, qualiter mens coniecturatur. Vigesimo, illa in qua aliquid extraneum nõ subauditur. l. si ita stipulatus. s. Chrysogonus. de uerb. obliga. Vigesimoprimo, per quam maior effectus sequitur. l. utimur. ff. de sepulch. uol. l. j. s. domini. ff. ad Sylle. l. cum queritur. ff. de statu homi. faciunt notata per Barto. in l. j. ff. de acquiren. rerum domi. de capto relaxando in libertate propria, facit optime. l. si pro parte. s. sum autem. ff. de in rem uers. l. accipere. de uerb. signific. facit quod dicitur, legem non esse intelligendam uerbotenus, sed cum effectu. Vigesimosecundo, illa est interpretatio eligenda, que magis plana, & secundum literam legis est.

VLTIMA

# Vltima Pars.



**X**TREMA nunc pars perficienda superest, scilicet quido in cōtrouersia uertitur casus, qui lege comprehensus esse nō dicitur, tamen per similitudinem alterius legis diffiniri posse uidetur: ut. l. non possunt. cum lege sequenti. *et* l. nam *et* posteriores. in si. ff. eo. uide optimum textū in. l. quia actionum. ff. de præscript. uerb. *et* in. l. questum scio. ff. de testi. *et* l. j. ff. de bo. poss. ex testa. milit. *et* l. j. ff. quib. bon. poss. non competit. Ad cuius euidentiam præmitto multipliciter contingere aliquem casum lege expressè non contineri. Primo, quando aliquis casus præter naturam aut naturæ consuetudinem contingit: puta, quod mortuus resuscitetur, *et* de eius testamento, uxore uel hereditate recuperanda disceptetur. de quo in. l. iij. *et* in. l. seq. ff. de legib. *et* l. nam ea. ff. de regu. iur. *et* c. fraternitatis. extra de frig. *et* malefi. *et* hoc casu recurrendum est ad principem, ut definiatur. l. si de nouo. *et* l. humanum. C. de legib. non autem iudex proprio ausu determinare debet. arg. d. l. nam ea. ff. de reg. iur. ibi, temere, *et* c. nisi forte copia principis haberi non posset, uel minus commode: puta, quia expensæ superascenderent summam questionis, tunc recurri posset ad similitudinem *et* rationem aliarū rerum: puta, ad similitudinem. l. si duo. ff. de cap.

ff. de capt. *et* postlim. reuers. Si de casu prædicto resuscitati disceptaretur: ut notatur in. l. nam ad ea. ff. eod. ubi de questione Lazari resuscitati repetentis uxorem *et* hereditatem disputatur. Item, pone exemplum: si pupilla cui est facta substitutio pupillaris habuit filiū intra tempora pubertatis, ut aliquando accidit: secundum Bart. in l. in pupillari. in si. ff. de uulg. *et* pupill. an finietur pupillaris substitutio? *et* respondetur quod sic, à similitudine eius qui posthumum præterijt. l. ex facto. in princ. ff. de uulg. *et* pupi. Ita determinat Bart. in. d. l. in pupillari. Secundo, quando casus non est contra naturam, nec naturæ consuetudinem, tamen uel propter effrenatam cupiditatem, quæ quotidie noua litigia generat, ut in principio decretalium: uel propter naturæ humane conditionem, quæ multas *et* nouas formas edere properauit: ut. l. ij. C. de uet. iur. enuc. s. sed quia diuina. *et* in Authent. quib. mo. naturales effic. fil. legi. s. si quis uero omittitur. *et* ideo dicitur, quod nouis morbis noua conuenit antidota præparari. c. cætera. de iuramento calumnie. *et* quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. j. de uent. in spi. in princ. l. de etate. s. ex causa. de inter. act. c. insinuante. de offic. delega. de nouo enim sic adeo quod lege comprehensus esse non constat, tunc idem dicendum est, quod in superiori casu. d. l. de nouo. *et* d. l. humanum. Tertio quando casus licet sepius contingat, tamē eius subiecta materia adeo est multiplex *et* uaria, ut magis intelligi quàm certa doctrina tradi possit, tunc religioni ius dicētis definiendū relinquatur: ut. l. mora. ff. de usur. l. iij. s. tu magis. ff. de test. l. pen. s. sunt quedam. ff. de uar. *et* extraord. cog. l. quod dicimus

dicimus. ff. de solut. l. j. ff. de iur. delib. l. naturalis. §. fin. ff. de præscript. uerb. l. hodie. ff. de pœ. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. cum similibus. & ita potest intelligi lex, non possunt. ff. de legib. ibi, articuli sigillatim. Quarto, quando aliquis casus in lege omittitur, eo, quia ex mente legis per ea que expressa sunt facile comprehenditur. in. c. in concupiscentia. extra de const. l. ueteres. ff. de iti. acti; pri. & l. j. ff. quod met. cau. l. non dubium. C. de legi. & de his supra in prima parte plenius tractatum est. Quinto, quando aliquis casus in lege expressè comprehensus est, postea accidit alius casus non comprehensus: puta, propter imbecillitatem humani ingenij. argu. l. ij. §. si quid autem. ibi: omnium habere memoriam. & §. sed quia diuina. C. de uete. iur. enuc. qui ne quidem est cum eo qui lege comprehenditur, nec ab eo omnino diuersus, ita quod per similitudinem expressè definiiri posse uideatur: ut. l. non possunt. & l. neque leges. & l. nam & posteriores. ff. eod. de quo nobis nunc dicendum incipit. Et quia leges iubent casum talem nouiter superuenientem decidi oportere per similitudinem casuum in legibus comprehensorum. Sciendum est quod uerbum, similitudo, tripliciter accipitur. Vno modo, pro identitate, & sic impropiè: ut. c. inter corporalia. extra de transf. praela. ibi, similitudinem uel potius identitatem. & l. qui liberis. in prin. ff. de uulga. & pupill. Secundo modo, accipitur pro paritate: ut. l. ueteres. C. de contrab. & commit. stipu. l. nemo. & ibi not. ff. de duo. reis. l. sed & milites. §. qui numero. ff. de excu. tuto. Tertio modo, accipitur proprie, scilicet pro conuenientia accidentium ad diuersas species: ut. d. c.

Verbum, similitudo, quot modis accipiat.

ut. d. c. inter corporalia. in prin. l. illud. ff. ad legem Aquilianam. l. in tantum. ff. de ser. cor. l. his solis. C. de reuo. don. Sed hæc melius dicta sunt in Topicis meis: & habetur quinto Metaph. Item prænotandum est, quod duo casus inuicem tripliciter cõtingunt esse similes. Primo per coniuentionem, scilicet quando duo casus, licet numero diuersi esse uideantur, tamen ad eum sunt inuicem coniuicti, ut idem casus esse dicatur ex mente legis: ex quo fit ut diuerso iure terminari non possint. argumento optimo. c. quando. extra de iudi. l. cum qui ædes. ff. de usuc. c. cum in tua. extra de deci. c. per uenerabilem. §. j. extra de elect. l. j. C. de diuer. rescrip. l. j. C. si unus ex plurib. ap. Ad hoc fit quod res dicuntur esse eadem, licet quantitate uel accidenti qualitate differant. l. & an eandem. §. j. ff. de excep. rei iudic. l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de serui. urb. præd. l. sacrilegij. §. si. ff. ad legem Iuliam pœ. l. cum proponeretur. ff. de iudic. & d. c. inter corporalia. de transf. præla. & expressè probatur in. l. fin. ff. de fun. instru. Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. & Cin. in. l. iura non in singulas. ff. de legib. dixit, quod quando plures res particulares continentur sub eadem ratione in specie, tunc est argumentum de genere ad speciem: de quo supra in prima parte. sin uero sunt sub alia ratione differentes, specie tamen simili, tunc est extensio de casu comprehenso ad non comprehensum. Paulus in contrario. xxxij. quo casu licet unus casus uerbis legis non sit expressus, tamen cum sit coniuictus, dicitur ex mente legis esse comprehensus. l. non dubium. C. de legi. l. ueteres. ff. de iti. acti; pri. & d. l. si. & c. translationem. & c. in concupiscentiam. extra de consti.

consti. l. de quibus. ff. de legib. & ibi proximum & consue-  
 quens, ueluti si lex prohibeat succedere filiam extante fi-  
 lio, uidetur prohibere & filios filiae. & infinita poni  
 possent exempla, quae inquirenti facile se offerunt, de quibus  
 supra dictum est in prima parte principali. Secundo  
 modo duo casus dicuntur esse pares, quando sunt diuersi pri-  
 ma re uel modo, nec re ipsa coniuncti, tamen eundem effectum  
 causam siue potentiam habere constant. l. Gallus. §. quid  
 si tantum. de libe. & posth. l. non solum. §. qui primipili-  
 lum. ff. de excu. tut. l. ueteres. C. de contrah. & commit.  
 stipu. l. fin. ff. ad legem falcid. l. si in emptione. §. fin. ff. de  
 contrah. empt. cum similibus quo casu quid dicendum sit  
 de casu non comprehenso, puta, si lex prohibeat fratrem  
 succedere, an uideatur soror uel mater prohiberi, cum  
 sint eiusdem gradus, statim dicitur. Tertio modo, quan-  
 do sunt duo casus, qui sunt & re & ratione disiuncti, ta-  
 men quandam conuenientiam accidenter habent ad di-  
 uersas res. Similitudo uero proprie est comparatio plu-  
 rium casuum ad diuersas res, uel ut alterum ad alterum,  
 uel ut alterum in altero, secundum Aristotelem. ij. Topi-  
 corum. Alterum ad alterum, sicut se habet seruus ad do-  
 minum, ita se habet filius ad patrem, & libertus ad pa-  
 tronum: ut Instit. de leg. pat. tut. & de fidu. tut. & mona-  
 chus ad abbatem. l. in tantum. ff. de ser. corrup. l. cum pa-  
 tronus. de operis liber. & sicut se habet sponsus ad spon-  
 sam, ita se habet praelatus ad ecclesiam. c. inter corpora-  
 lia. extra de transla. praela. & sicut se habet caelestis mi-  
 les ad caelestem militiam, ita se habere debet terrenus mi-  
 les ad terrenam militiam: ut notatur in. l. j. C. de iur. &  
 fact.

fact. igno. Alterum in altero, sicut est par privilegium hy-  
 pothecae, in dote, ecclesia & fisco, ita debet esse par pri-  
 uilegium praescriptionis, restitutionis uel similitum: ut. l.  
 inter diuinam. & Authent. quas actiones. C. de sacrosan.  
 eccl. quod not. Item si non sit similitudo accidentium, quia  
 pallor auri differt a pallore aurichalci. Multipliciter au-  
 tem contingit fallacia argumenti a simili. Primo, cum ex  
 accidenti iudicare uolunt de substantia: quoniam non est  
 bona consequentia, ut ex pallore iudicabis aurum esse au-  
 richalcum. Item, si similitudo fiat in his in quibus non est  
 simile. Item, si ex similitudine unius accidentis uel infer-  
 re esse simile in alio & in omnibus. Item, si sint similes  
 per accidens non ex natura rei, ut minor decem & septem  
 annis non potest postulare, & minor decem & septem  
 non potest petere ueniam aetatis. Item, ut mulier & rusti-  
 cus in ignorantia. Item, simile dicimus id quod est idem  
 uel parificatum. Item, cum lex considerat modum non esse  
 etum. Item fallacia est, cum non fit in eodem genere: uel  
 si est simile in genere, ius referre in specie: uel si sit in si-  
 militudine metaphorica aequiuoce. Dicendum est ergo pri-  
 mo, quod casus emergens de nouo debet decidi a pari uel  
 a maiori. Secundo, quando a simili. Tertio, ponam plures  
 questiones uniuersales ad totam materiam. & prima erit,  
 an statuta recipiant interpretationem potius a iure com-  
 muni, an ab alio statuto. Secunda, an extensio legis fiat cum  
 omnibus qualitatibus suis. Tertia, qualiter debet intelli-  
 gi statutum, quod statutum non recipiat interpretationem.  
 Ultima, quando est diuersitas opinionum inter doctores,  
 quae sit eligenda. Quando ergo queritur, an casus emer-



gens de nouo possit definiri à pari casus expressi in lege, non facile expediri poterit, nisi in membra & partes diuidatur. Prima, quando dispositum à lege est secundum rationem naturalem & utilitatem communem. Secūda, quando caret ratione naturali & utilitate cōmuni. Tertia, quando est præter regulas iuris communis, id est, nec in totum seruit iuri naturali, nec ab eo totum recedit. Quarta, quando est contra regulas iuris cōmunis. Quinta, quando disponit de casu odioso. Circa primam conclusionem, quando lex est secundum æquitatem siue rationem naturalem, & utilitatem communem, puto, quòd extendatur ad alium casum sibi parem subsistentem eadem ratione. l. fi. C. ad legem falcid. in fi. l. diuortio. §. interdum. ff. sol. matr. d. c. inter corporalia. §. autem. extra de translac. præla. l. fi. C. de constit. pec. ibi, æquitatis ratio diuersas species actionis excludere nullo modo debet. Vnde bene dixit glos. in l. si constante. ff. sol. matr. que extendit illam legem loquentem de marito, ad socerum: quia iniquum est quem iure suo sine factio proprio priuari, ut in regula, id quod nostrum & c. & glos. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. dicens, quod lex illa quæ loquitur, hereditatem ex testamento delatam etiam non aditam transmitti, extendatur etiam ad casum, quo hereditas est delata ab intestato: quia talibus hereditas iure quasi etiam naturali debetur: ut ibi notatur, & l. fin. C. de codicil. & l. ratio. ff. de bo. dam. Ad hoc optime facit l. hoc modo. ff. de condit. & demonst. ibi, legem utilem reipub. datam adiuuandam interpretatione. & l. j. C. de interd. nam uicino nocere cōtra naturalem æquitatem est.

Item

Item facit optime. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tut. & l. cum ratio. ff. de bo. dam. & l. in summa. §. idem Varrus. ff. de aqua plu. arc. & l. quod si Ephesi. ff. quod cer. lo. ubi dicitur quòd naturalis ratio & æquitas autoritatem legis habet: ergo multo magis poterit legē extendere ad casum parem subsistentem eadē ratione, & maxime ubi proceditur de bono & æquo. l. si seruum. §. sequitur. ff. de uerb. oblig. ubi dicitur quòd multi propter subtilitatem iuris perniciosè errauerunt. Ad hoc etiā cōgruit text. & ibi Bal. in §. ad hæc. uerb. æquitas. de pac. iur. fir. & c. cum dilectus. extra de confir. uti. & inuti. ubi dicitur, quòd extēsiō legis debet subsistere æquitate l. in his. ff. de cond. & dem. & ideo bene dixit gl. in l. ij. C. ubi in rem actio. quæ loquitur de re immobili: tamen per glos. & Docto. extenditur ad rem mobilem & rem incorporalem, quia eadem est ratio. Accommodari etiā possunt quæ dixi supra, legē uniuersalē restringi per rationem naturalem, ergo & extēdi debet, quia contrariorū eadem est disciplina. Circa secundā conclusionem clarum est, quòd lex cōtinens iniquitatem uel aliquid contra ius diuinum, naturale, nō deberet extendi. l. quod uero cōtra. & l. quod enim non ratione. ff. de legib. Nō enim à pari ratione iniquitatis fienda est extēsiō: quia mala restringēda sunt nō amplianda & multiplicāda: ut in. c. odia. extra de reg. iur. Ex quo decidi potest illa quæstio: Si statuto cauetur, quòd liceat uindictā facere in eū qui offendit, non licebit ei amicos cōgregare, uel alteri mandare quod offēdat, quia cōtra rationē est. l. nō est singulis. ff. de reg. iur. & l. unica. C. ne quis sibi. quod no. ad limitationē

M 2 glos.

glos. in l. cum fundum. ff. de ui et ui arm. Circa tertiam conclusionem, quando à lege aliquid disponitur, quod nec in totum seruit iuri naturali, nec in totum recedit ab ipso: ut l. ius civile. ff. de iusti. et iu. tunc similiter extensio debet fieri ad casum sibi parem in ratione. l. fin. C. ad legem falcid. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. l. ideo. in fin. ff. de legib. ibi, semper quasi legibus hoc inesse creditur. et l. Gallus. §. et quid si tantum. ff. de libe. et posth. l. non solum. §. qui primipilum. ff. de excu. tut. l. ueteres. C. de duob. reis. l. si furiosi. C. de secund. nupt. l. fin. §. fin. ff. mand. l. ex facto. ff. de neg. gest. l. fin. C. de indic. uidu. tol. qui text. est melior omnibus secundum Bald. et infinita exempla, quae ultro se offerunt inquirentibus, et ita etiã bene dixit gl. in Authent. præterea. C. unde uir et uxor, et dixit, quod illa Authent. loquens quod uxor non succedat in dominio extantibus filiis uiri, intelligitur idem disponere extantibus ascendentibus uiri, cum sint paritatis rationis. l. nam et si parentes. ff. de inoffic. testam. Ad hoc facit l. ij. §. cumq;. C. de uet. iur. enuc. dicens, quod intentio Imperatoris est, ut non relinquatur aliquis casus indecisus: quia si expresse comprehensus non est, debet decidi à simili comprehenso in lege. l. j. C. de inoffic. do. l. fin. C. de inoffic. don. Circa quartam conclusionem, quando à lege disponitur aliquid quod sit contra regulas iuris civilis uel legis antiquae. Aliud enim est aequitas naturalis, alia res est aequitas civilis. l. j. in princip. ff. si quis testament. lib. esse ius. fuerit. l. j. ff. de dol. l. j. ff. de min. l. bona fides. ff. de pos. in princip. et hoc dupliciter: aut enim abrogat in toto, aut derogat in parte. et prima est sine dubio

dubio uera. l. j. C. de latin. libe. tol. in princip. In secunda similiter puto non esse extendendam ad parem casum, ut corrigatur regula iuris: quia non multiplicandum est inconueniens. l. legem. C. de legit. tut. sed debet committi in dispositione expressa iuris communis. nam casus à pari ratione comprehensus, dicitur tacite esse comprehensus: ut dicit text. in l. his solis. in fin. ff. de reuocan. donat. At expressum excludit tacitum. l. continuus. §. j. ff. de uerb. obl. cum similibus. ergo et c. l. si uero. §. de uiro. et l. si cum dorem. in princip. ff. solu. matrim. l. fin. C. de inter. mat. l. quod iure. l. ij. et l. iulias. §. hoc capite. ff. ad legem Iuliam de adult. l. apud antiquos. C. de furt. l. ij. C. de patri. qui fil. distrax. l. penult. C. qui testam. fac. poss. ibi, lex antiqua seruetur. Ad hoc faciunt leges dicentes legis correctionem esse euitandam. l. praecipimus. C. de appellat. l. si quando. in princip. C. de inoffic. testam. l. j. in princip. C. de caduc. tollend. ibi, naturali ratione subnixum intantum et c. unde dicunt Docto. in l. hac consultiissima. §. ex imperfecto. C. de testam. dum loquitur in filiis, non extendi dum pater instituitur: quia licet nepos teneat locum filij quando succedit cum patre, non tamen auus succedit in locum patris cum succedit cum matre, in Authent. de here. intest. §. si autem plurimum. Hinc sequitur quod leges procedentes super presumptione uel fictione iuris, non sunt extendendae: ut in c. iuuenis. c. is qui fidem. extra de sponsal. Ex quo inferitur: si statuto cauetur, quod filius excludat matrem in hereditate patris ipsius filij, quod tamen non excludat sororem, licet sint paritatis gradus: etiam si expressa esset ratio in statuto, sci

licet propter conseruandam agnationē &c. Ex hoc etiā inferri potest quæstio: Statuto cauetur quod minor .xx. annis non possit testari, an pater poterit ei testamētum facere, scilicet substituere pupillariter de qua quæstione not. Bart. ut. l. moribus. ff. de uilg. & pup. in. l. ex facto. eod. tit. Vide quæ notantur infra, an statutum corrigens extendatur cū suis qualitatibus. Item, inferri potest quod filius nō potest substituere patri furioso, an pater possit filio furioso? not. Bart. in. d. l. ex facto. Sed hæc regula salūit in pluribus casibus. Primo, ubi lex antiqua esset contra æquitatē, lex uero noua esset secundum æquitatē: tūc lex noua esset extendenda per eandē rationem ad casum sibi parē cōtra casum in lege ueteri cōpresum: ut est casus pulcherrimus in. l. maximū uitiū. C. de lib. præ. §. san. cimus. ibi, non solū &c. & facit. l. si. in prin. de indic. uid. tol. l. j. C. de lati. li. to. in prin. ibi, ipsa rei origine sublata. & tex. opti. in. l. si. in fi. C. de testa. Hoc est quod dicitur, unquamq; rem facile reuerti ad naturam suam. Instit. de re. diui. §. seruos. l. si unus. §. ij. ff. de pact. Secundo salūit, ubi si non fieret extensio contra regulas iuris ciuilibus, sequeretur aliquid quod esset contra naturalem æquitatem: ut est textus optimus in. l. si quis seruo. C. de furt. in fin. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Instit. de ui bon. rapt. §. sed nedum. l. j. ff. si quis testam. liber esse ius. sue. Ex hoc multi dixerunt, quod lex ciuilibus denegans alimenta filiis spurij, intelligatur esse correctā per ius canonicum. c. cum haberet. extra de eo qui dux. quam pol. luc. per adulte. quod tamen dubito. Item. c. sepe. de resti. spol. quod extendatur etiam in terris Imperij: ut ibi no-

tatur

tatur. Ex quibus inferunt Doctores Canonici, quod sicut dicitur, leges ciuiles statuentes male fidei possessorem rei immobilis, esse correctas, per. c. fin. extra de præscrip. & in regula male fidei possessor. in. vj. ita intelligatur etiam eas correctas esse in præscriptione actionum, per eandem rationem. Item inferunt, quod Authentica, sacramenta pub. C. si aduer. uend. quæ loquitur de puberum sacramento, extendatur etiam ad iuramenta impuberum, tamen doli capacium. Tertio, fillit ubi casus omisus, in quo est eadem ratio immediata, possit comprehendī sub generalitate uerborum, licet larga, ut uidetur casus in. l. filium habens. ff. ad Macedon. l. si furiosi. C. de nupt. nam mente captus furiosus dici potest l. humanum. C. de impub. & alijs substit. Ex his infert Bartol. quod si statutum est, quod habens instrumentum debeat id facere registrari, intelligitur etiam de eo, qui facultatem habet habendi. per. l. item ueniunt. §. petitam. & l. si possessor. §. redactæ. & ibi Ang. ff. de petit. her. Vnde inferunt Doctores: si statuto caueretur quod mulier non possit contrahere, quod nec quasi cōtrahere poterit: puta, adire hereditatem, uel in iudicio consistere. & ita bene dixit glos. in Authent. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. & Bartol. in. l. more. C. de acquir. hered. & Doctores in. l. potuit. C. de iur. deliber. licet dubitatio uideatur in. l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus cau. in poss. eatur. & ita etiam bene dixit glo. in. l. j. ff. de tut. & rat. distrah. Ex quo inferunt Doctores, quod lex loquens in masculino genere, extendatur ad femininum, ubi est eadem ratio. l. j. ff. de uerb. signif. & ibi per Bar. & l.

M 4 qui

Lex in singula-  
ri loquēs, ad plu-  
ralem numerū  
extenditur.

quicunq; C. de ser. fug. & ibi Bal. & lex loquens in sin-  
gulari numero extenditur ad pluralem. & Instit. de leg.  
agn. tut. §. proximus. & l. j. C. de cond. inser. naturalis ra-  
tio magis ualet, quam pluralis oratio. l. iij. §. negocia. ff.  
de neg. ge. l. prator. §. homines. ff. ui bon. rap. l. j. ff. quod  
fal. tut. aut. cū similit. & hanc theor. tenet Cin. in l. ij. C.  
que sit longa consuet. facit gl. in cle. j. de elect. & gl. in  
Authent. minores. C. qui pet. tut. & in Authēt. ut ij qui  
perhib. obl. §. si uero curatore. nam singularis numerus  
trahetur ad pluralem ubi est eadē ratio. l. si cui lana. de  
leg. iij. l. si ita. §. j. & ibi plene de testa. tut. & indefinita  
æquipollet uniuersali. l. si pluribus. de leg. ij. per Bar. fa-  
cit. l. in usu. ff. de uerb. sig. Item, clausula in fine appo-  
sita refertur ad omnia præcedentia. l. j. C. de lib. præ. & no-  
tatur in l. talis scriptura. de leg. j. Iuxta hanc conclusio-  
nem, congrue quæri potest, an statutum præferens mascu-  
los foeminas in successione, sit cōtra æquitatem & ratio-  
nem naturalem, an uero cōtra æquitatem ciuilem? & ui-  
detur quod sit contra æquitatem naturalem, per l. maxi-  
mum uitium. C. de lib. præ. Contrarium tamen magis di-  
cendum est, esse contra ciuilem æquitatem, non cōtra na-  
turalem, aliās tale statutum esset nullum: quia esset con-  
tra ius diuinum & præcepta Domini, quæ sunt facta in  
æquitate naturali: quod est falsum, quia in Moysē mascu-  
lus præferebatur foeminae in hereditate patris, ut scribi-  
tur Numeri. xxxvij. cap. Natura etiā fecit digniorem ui-  
rum quam foeminam. l. j. ff. de sena. ergo cū bona tempo-  
ralia sint distribuenda secundū uirtutē & dignitatē. l. ho-  
nores. ff. de decur. & in Authent. de defens. ciu. in princ.  
non

non absurdū est uiros præferri mulieribus in hereditate.  
Vtilem etiam hanc consuetudinem rebus publ. esse cogni-  
tum est. ergo obseruanda. iij. distinct. c. crit autem lex.  
Item cum liceat pacisci cum iuramento inter uirum &  
mulierem, quod hereditas obtingat filio non filia: ut in  
c. quamuis. de pact. in. vj. ergo patet non esse contra na-  
turalem æquitatem: quia iuramentum contra naturalem  
æquitatem præstitum, non est obligatorium. c. non est  
obligatorium. de re. iur. in. vj. & ibi notatur in. c. cum  
coniungat. de iurciurando, cum similibus. & uidetur esse  
textus in. c. si pater. de testam. ubi talis consuetudo non  
reprobatur. Quarto, fallit quando lex tractat de specia-  
li fauore, licet contra uel præter regulam iuris communis  
tamen extenditur ad alium casum, ubi subest eadem ra-  
tio. l. ob es. C. de præd. mino. l. illud. & ibi Bald. & l. fin.  
in uer. captiuorum. C. de sacrosanct. eccle. Vnde dicimus,  
quod priuilegium concessum uxori, extenditur ad spon-  
sam. l. si spōsam. ff. de iure dot. l. asiduis. in fin. C. qui pot.  
in pign. habe. l. nisi. C. de bon. mat. & l. ij. ff. de priuileg.  
cred. c. quemadmodum. extra de iureiur. & priuilegium  
concessum domino extenditur ad familiares. in Authent.  
habita. C. ne fil. pro patre. l. j. C. de uxor. milit. & ff. de  
fund. instru. l. quasi tamen. §. si instructum. l. administra-  
tio. ff. de adminst. tut. l. inter eos. §. fin. ff. ex quibus cau.  
maior. l. uxori. ff. de auro & argen. lega. facit. l. finalis. ff.  
de constitu. princ. Ad hoc faciunt glo. & Doctores in l.  
fin. C. in quibus cau. restit. non est necessaria. Vbi illud pri-  
uilegium concessum pupillis extenditur ad mentecaa-  
ptos & prodigos: ut in l. ij. C. de cura. furi. Sed hoc fallit

quod concessu  
pupillis & ton  
dat ad mentecaa  
ubi t. a. j.

et privilegia  
habetur  
in d. legatus  
non gaudet

ubi illa extensio porrigeretur in præiudicium tertie per-  
sone, maxime privilegiatæ: quia pietas contra pietatem  
privilegio extensionis non potitur. l. assiduis. C. qui pot.  
in pign. habe. in Authent. de sanct. episco. s. sed hac præ-  
sent. l. ij. s. quod merito. et s. quod principi. ff. ne quid  
in loc. publ. Sed prænotandum esset, an privilegium con-  
cederetur tertie cause habito respectu ad naturam sui  
generis. et primo casu non extenditur. Secundo, extendi-  
tur. Verbi gratia: Pater teneretur filiam spuriam de iure  
canonico alere. c. cum haberet. extra de eo qui duxit in  
matrim. quam pollui. per adulte. an teneatur dotare? et  
Bart. in l. genero. ff. de his qui. ut indig. dicit, quod sic. ar-  
guit à pari: quod tamen non est verum, quia habitus est  
respectus ad naturam alimentorum, sine quibus vivere  
non potest: non sic in dote, arg. l. quisquis. C. ad legem lu-  
liam maiest. ubi lex facit differentiam inter publicationem  
dotis et alimentorum. Item, nam et aliquando pater te-  
netur præstare alimenta naturali. Authen. licet. C. de na-  
tur. libe. et tamen non tenetur dotare. l. uxorem. s. pater  
de leg. iij. uel econtrario pater aliquando tenetur dotem  
dare et legitimam: puta, filie diuiti, et tamen non tene-  
tur alere. l. si quis à lib. s. si filius. ff. de lib. agn. uncta. l.  
fi. C. de dot. promiss. Vbi autem non consideratur natura  
ipsius rei, sed sui generis. Verbi gratia, si legatum factum  
sit ad piam causam incerte quantitatis, tunc quia regu-  
la est, quod in re dubia fauendum sit dotibus et alimen-  
tis, una lex loquens in dote extenditur ad alimenta et li-  
bertatem. l. cum post. s. gener. ff. de iur. dot. l. si cui. ff. de  
ann. leg. faciunt notata per Bart. in l. proximè. ff. de his  
quæ

quod pater te-  
netur dotare si  
nam diuitem  
non tenet cum  
liberis

quæ in testa. del. et per Bart. in l. cum de in rem. uer. cir-  
ca principium. ff. de usur. cum similibus. ita intelligenda  
est glo. Insti. de acti. s. pœnales. super uerbo, in cum. In du-  
bio autem tutius est seruire uerbis. l. j. s. is qui nauem. ff.  
de exercito. ad hoc uide omnino quæ notat Innocen. in. c.  
quia pleriq. in fine. extra de immun. eccle. Circa quintam  
conclusionem, quando lex continet odium. dicitur autem  
lex continere odium, ubi contra dolum uel delictum pro-  
uidet. et quanquam lex esset per se fauorabilis, quia uti-  
litati communi prouidet. l. nam ita. ff. ad legem Aquiliam  
et l. bonæ fidei. ff. de positi. tamen si pœnalis est, dicitur  
odiosa quo ad pœnam: ut est textus in Authent. de non  
alien. s. quia uero leonis. et notatur in l. uenia. C. de in-  
iur. uocan. et inspicitur principale propositum legis, non  
quod per consequentiam obuenerit. nam quia senatusconf.  
Maced. principaliter uoluit prouidere contra eos qui in-  
uitabant filios ad parricidium, est odiosum, licet in conse-  
quentiam obuenerit in fauorem patrium. at Senatusconf.  
Velleianum, quia principaliter uoluit subuenire  
fragilitati mulierum, dicitur fauorabile, licet per conse-  
quentiam possit alteri nocere. ita dixit textus, et ibi nota-  
tur in l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. Scire quoque  
oportet quemadmodum quis contingit tripliciter legem  
offendere, ita tripliciter lex contra delinquentes prouidet.  
Primo, quando quis committit contra naturalem æquita-  
tem: puta furari. l. j. ff. de furt. uel alteri insidiari. l. ut uim.  
ff. de iusti. et iure. et tunc textus contra tale delictum  
prouidens in uno casu, extenditur ad casum parè substan-  
tem eadè ratione. unde lex puniens facientè tale delictum  
exten

Lex, quando  
odiu cõtineat.

exten

extenditur ad præstantem opem, & ad mandantem. l. si quis non dicam rapere. C. de epi. & cleri. l. hæc uerba. ff. de adul. textus notus in. l. si seruo. in fi. C. de furt. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquilianam. l. bona fides. ff. depo. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. & textus in. l. sciendum ff. de parricidijs. & ibi not. gloss. in. l. si quis in tantã. C. unde ui. quæ extendit legem illam ad rem incorporalem. Notandum etiam est quod dixit Innocen. in. c. i. extra de offic. delega. in gloss. super uerbo: pœna. & refert Barto. in. l. his qui opem. ff. de furt. quod aliquis potest consentire delinquenti quadrupliciter. Primo, negligendo prohibere uel punire delinquentem, & iste minus peccat, quam agens. Secundo, consulendo, & similiter minus peccat quam agens, grauius tamen quam negligere. Tertio cooperando, & tunc æqualiter delinquit, & æqualiter puniri debet, nisi diuersa qualitas personarum subsistat. l. qui seruo. §. placuit. ff. de furt. Quarto, præstando autoritatem, uel mandando, uel defendendo delinquentem, & grauius punitur quam agens: nam mandans potius dicitur principalis persona quam accessoria. l. si quis id quod §. fun. ff. de iurisd. om. iudi. l. utrum. ff. de parricidijs. qui textus est optimus. Ex quo sequitur, si lex non extendetur ad parem casum, esset iniustitiæ naturali locus: quia delinquentibus tutã uia fieret, quo leges totis uiribus auferre nituntur. l. i. ff. si quis testa. lib. esse ius. sue. Institui ui bon. rapt. §. sed nedum. & d. l. ita uulneratus. & d. l. si quis seruo. in fi. faciunt quæ supra dixi in prima parte, rationem naturalem extendere & restringere legem. Vnde inferunt Doctores: si statuto imponitur pœna manus dextræ

dextræ dictanti falsum instrumentum, quod fabricans instrumentum falsum, licet non habeat manum dexteram, tamen ne delictum eius remaneat impunitum, debet eius amputari sinistra. nam quandoq; ex causa locus est commutationi pœne statutarie: ut per gl. in uer. exilij. & ibi Bal. C. ut intra certum tempus criminalis questio terminetur. quæ omnia intellige, ubi infertur pœna iure ordinario, secus si extraordinario: puta, ipso iure: quia tunc talis lex nõ extenderetur. c. j. ne cle. & mo. li. vj. & c. statu. de elect. lib. vj. Item intellige ubi delictum committitur regulari modo: secus si irregulari. not. Bart. in. l. si quis seruo. ff. de furt. quod præstans opem seruo fugienti, non tenetur de pœna furti, quia nõ est furtum regulare. & hæc inferri possent ad quæstionem notabilem: An liceat patri conuocare adiutores, uel alteri mandare, ut repertum in adulterio cum filia occidat: nam cum hoc sit contra regulam iuris cõmunis. l. nõ est singulis. ff. de reg. iu. & l. unica. C. ne quis in cau. prop. Itẽ quia habitus est respectus ad certum genus personarum: ut dixit gl. Insti. de acti. §. pœnales. in uer. in eo ut dicatur non licere. facit. l. seruus heredi. ff. de stat. lib. abi. personæ duntaxat. Et, ut omnia dubia circa hanc quæstionẽ tollam, distingue. Aliquando licet mihi alium offendere de iure naturali, puta, defendẽdo & recuperado: & tunc quod mihi licet, per alios etiã licet facere. Ita intelligitur tex. & glossa in. l. cum fundũ. ff. de ui & ui arm. & l. si quis in graui. §. j. ff. ad Sill. Aliquando est contra naturalem rationem se defendere uel alterum offendere, & tunc sine dubio non licet, quamuis in propria persona lex possit tolerare dissimulando. Aliquando

*arg. quoniam  
non dicitur  
obsequium in  
de talis esse  
et certum est  
de iure quod dicitur  
de i. ad ep. 5.  
dicitur quod  
dicitur*

quando licet alium offendere ex ratione ciuili: ut l. Gracchus. C. de adult. & tunc non est recedendum à persona expressa, per supra allegata. Tertio modo quis delinquit, quando legem ciuilem tantum offendit, puta, quòd nemo uadat de nocte sub certa pœna, uel non extrahat bladū extra territorium, uel quòd nemo cōtrahat cum minore, uel filiofamilias, uel muliere sub certa pœna, & similia: quæ nisi lege prohiberentur, naturali iure dicerētur esse licita: tunc tale statutum non est porrigendum ad casum parem non comprehensum uerbis legis. arg. glo. Instit. de acti. §. Item mixta. & §. pœnales. in uerb. in eum. Nam quoniam eæ leges non ui rationis, sed uoluntate tantū superioris nos obligant, non uidentur offendi, nisi in eo in quo uerbis expressæ sunt. Hinc Bal. in. l. omnes populi. in viij. col. ff. de iust. & iur. dicit: statutū prohibens extrahi frumentum, non intelligi de leguminibus: & statutum duplans pœnam percutienti cum massa ferri, non habet locum in percutiente cum capite securis aequæ graui, de quo per Bald. ibidem in. ix. col. quia in dubio non præsumitur uoluisse, nisi id quod uerbis expressit: quo casu sufficit uerba tantum adimplere. Vnde dicimus, quòd uoluntas testatoris, si ratione, tantum de facto obseruari sufficiat, & iuxta eorum uerborum corticem, licet non secundum intellectum. l. si mulier. ff. de condi. insti. l. medius. ff. de cond. & demon. multo ergo minus fiet extensio in tertio casu, scilicet ubi lex pœnalis esset cōtra rationē naturalem. l. quod uero cōtra. & l. quod non ratione. ff. de legib. & dixi supra in prima parte principali in fine. Item quòd supradictum est, legem punientem principale delinquentem

quentem, extendi ad mandantem, uel ad præstantē opem intellige, ubi poneretur pœna rationabilis: secus si irrationabilis: puta, quòd quis puniatur pro delicto alterius. ut l. si. C. ad legem Iuliam maiest. uel ubi imponeretur enormissima pœna, attentata qualitate delicti: puta, si pro furto rei ualentis. x. libras, imponatur pœna capitis, tunc non extenditur ad mandantem uel dantem opem, nisi exprimat. arg. de pœnit. distinc. j. c. penè. & l. respiciendum. ff. de pœnis. & puto esse casum in. l. j. ff. de abigeis. iuncta. l. j. ff. de recept. cum. glo. j. quæ est uerior, quia magis congruit uerbis. & l. ij. C. de his qui latro. recep. nam textus in. l. j. ff. de abigeis. dicit tales delinquentes durissimè esse puniendos, non attentata qualitate facti, sed magis attentata consuetudine. Postea dicitur in. l. fin. quòd eorum receptatores relegantur extra prouinciam, qui secundum alias leges debebant puniri æquali pœna tanquam adiutores. l. j. ff. de recept. l. j. C. de his qui latro. & idem uidentur tenuisse Math. Mathesi. Doctor Bononiensis, in opere suo de Interpretatione. An autem à maioriore rationis fieri debeat extensio, habes ex superscriptis, quia si, ubi est par ratio, fit extensio, multo magis ubi est maior. Notandum quòd argumentum de maioriore rationis in moribus & legibus, ualet in coordinatis: ut si filius non succedit, ergo nec nepos uel frater: quia gradus inuicem antecedunt & subsequuntur: sed non in disparatis, ut si pro furto decem librarum suspenditur, ergo multo magis de eo qui fame alterius detraxerit: quoniam furtum & detractio disparata sunt, quòd nota. Tamen sciendū est quòd ratio maior potest intelligi dupli

gi dupliciter inter duos casus. Primo, ubi casus sunt disparati, nec se habent inuicem ut superiores et inferiores, nec ut antecedentes uel consequentes, nec ut genus ad speciem, nec ut totum ad partem; et tunc non est fienda extensio argumenti à maiori rationis, ubi non fit à pari, maxime ubi casus essent contra regulam iuris communis. Verbi gratia: Ma ius delictum est homicidium quam adulterium: modo ex forma statuti mitigatur poena homicidij, an intelligatur esse mitigata poena adulterij, uel abigei? certe non, quia non sunt sub eodem genere delicti. facit textus in cle. auditor. de resc. Bal. in l. j. C. de interdi. not. in l. illam. C. de coll. et uide quae dixit Bald. in l. de quibus. ff. de legib. Et Ctn. in l. iura non in singulis. ff. de legib. Secundo, ubi se habent inuicem ut superiores uel inferiores, uel ut antecedentes et consequentes, tunc ualet argumentum à maiori rationis: ut est textus, et ibi Bar. in l. sed sciendum. ff. de parri. et l. egi tecum. ff. de excep. rei iudic. et qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore. l. iij. ff. de senat. l. cui pacto. ff. de seruis expor. nam suburbium se habet ad ciuitatem, ut accessorium ad principale: et ita debet intelligi illa regula, cui licet quod magis est. Vnde si licet occidere, multo magis offendere. l. iij. §. transfugas. ff. ad legem Corneliam de sicar. Vnde etiam dicitur: si filius excludit filiam, multo magis excludet nepotem ex eadem. At si per statutum patrum excluderet filiam, non tamen excluderet sororem uel matrem defuncti, quia sunt diuersi gradus. ita quod se non habent ad inuicem ut superiores et inferiores, nisi lex uocaret patrum in loco filij; secundum notata per Bart. in l. cum

cum emancipati. §. si duo. de coll. bono. et l. ij. §. uidentum. ff. ad Tertull. et ita intelligi debet regula: Si uinco uincem te et c. de qua per Bar. in l. acquisitum. ff. ad Tertull. et l. j. §. si filium. ff. de contratab. et l. iuiua matre. C. de bo. mater. ad hoc facit quod habens seruitutem uno tempore, uel loco, uel modo, et utatur alio modo, quod perdit seruitutem constitutam, licet sint pares seruitutes. l. si communem. §. j. ff. quemadmodum ser. amit. et l. si cui uia. eod. tit. Sed ubi quis latiore uia uel angustiore usus est, quam constituta esset, retinet seruitutem. d. l. si cui uia. et l. si eo loco. §. j. ff. si serui. uend. et l. si prius. ff. de aqua plu. arc. l. fin. ff. de fide instr. ex qua doctrina licet intelligere, quod duo casus sunt inuicem pares: scilicet quando se habent aequaliter ad suam causam proximam, non quando ad diuersas. Tertio principali casu, quando duo casus sunt inuicem similes, scilicet quando unus casus ita se habet ad unam rem, sicut alius ad aliam, de quibus supra dixit: tunc siquidem casus occurrat nouus non decisis per legem aliquam, tunc definiendus est à simili alicuius casus decisi per legem, quia intentio imperatoris est nullum casum indefinitum relinquere: ut. C. de uet. iur. enuc. §. quia uero. et l. non possunt. cum. l. sequenti. et l. nec posteriores. ff. de leg. Pro hoc facit Bar. in l. iubemus. C. de emancip. et l. fin. ff. de his qui sunt sui uel alieni iu. dicens: quod sicut quis inuitus emancipari uel adoptari non potest, ita nec legitimari. Secus si lex esset noua quae disponderet de aliquo casu contra regulas iuris communis, uel sit poenalis: tunc illa lex non est trahenda ad casum nouum sibi similem, sed relinquendus sub



regula iuris communis, uel regulæ antiquæ. Et ideo bene dicitur glos. in Authent. quas actiones. C. de sacros. eccl. di. cens. d. Authent. non extendi ad ciuitates. & glos. Instit. de act. §. item mixta. uer. in eum. dicens: priuilegium de quo in. d. §. non extendi. ad rempub. & alios casus fauorabiles. Item bene reprehenditur glos. in. l. miles. ff. de re iudi. dicens: priuilegium concessum militibus terrena militiæ, extendi ad milites ecclesiæ: ut reprehenditur per Doctores in. l. i. C. de iur. & fac. ign. Item male dicitur gl. in. l. cum proponis. C. de rei uend. in. c. inquirendum. extra de priuileg. cle. licet multi propter amorem in fauorẽ ecclesiæ fecuti sint dictam gl. quod emptum ex pecunia militari efficitur ipsius militis, extendatur ad rem emptam ex re ecclesiæ extensiuẽ. Vnde etiam uehementer errant Doctores uolentes omnia priuilegia contra regulas iuris cõcessa fisco uel minoribus, uel ecclesiæ, uel libertatibus, extendi ad dotem, uel ad alterum supradictorum. Contra quos facit. l. ius singulare. ff. de legib. & l. ij. C. de legib. & l. j. ff. de consti. prin. l. ex facto. ff. de uulg. & pu. quod intellige ut supra notauimus, quando lex extenditur ad casum positum in quarta conclusione. Vnde cõmuniter reprehenditur Bart. uolens quod actio ad supplementũ legitime, præscribatur quinquennio, sicut querela inofficiosi testamenti. l. si quis filiam. & l. pen. C. de inoffic. testa. per argumentum à simili: quod fieri de iure nõ potest per prædicta, ut ibidẽ Docto. omnes reprehendunt Bar. Amplius si esset statutum quod procederetur de similibus ad similia, nõ fieret extensio in exorbitantibus à regula iuris cõmunis per talem similitudinẽ: quia tale statutũ debet intelligi

telligi de similitudine in potiori significato. arg. l. pen. ff. si ager uecti. ut quando est identitas casuum uel paritas, de quibus supra dixi, non quando est similitudo alterius casus ad alterum casum. Ita uidetur etiam tenere Bal. in. l. ij. C. de legib. & in. l. si quis nõ dicã rapere. C. de epis. & cler. & in. addit. in. tit. de disput. & alleg. quando casus occurrentes possent cõprehendi sub regula iuris communis uel legis antiquæ, quia tunc non esset definiendus à similitudine casus comprehensi in lege exorbitanti: ut supra dixi. Ad hoc facit, quia generalis clausula nõ refertur ad expressã. l. doli clausula. & ibi not. ff. de uerb. obl. l. sanctio legum. ff. de pœ. Bar. in. l. prætor ait. §. est. ff. ui. bo. rap. & text. in. l. ædiles. §. loquuntur. ff. de ædil. edict. & l. ij. ff. loca. ut probatur in. l. cum quis in publiciana. ff. de publ. iuncta glos. & hoc etiã probatur per ea que dixi supra in. ij. quæstione principali de contrarijs legibus: & in prima parte principali in argumẽto de parificatione, que hic repetita esse censeo. & expresse tenuit Bal. in. d. ti. de disput. & alleg. j. cõclu. Spec. alleg. l. nam & posteriores. ff. de legib. Sed hæc regula fallit, ubi duo similia ita per legẽ essent parificata, ut quod de uno disponeretur, intelligeretur esse dispositũ in alio: ut in. l. j. de leg. j. & ibi no. & l. si quis seruo. C. de sur. & l. quod uero cõtra. in. gl. ff. de legi. & in. Authẽ. sed cũ testator. C. ad le. fal. per Bar. & in. l. Marcellus. ff. ad Treb. Illud notandũ est, q. ubi cõcurreret aliquis casus uel cõtractus nouus, deberet decidi à similitudine illius legis que est sibi similis: ut. l. j. §. si quis seruũ. ff. de pos. & l. j. ff. de æsti. & l. si olei. C. loc. & ibi no. de cõtractu ficti, qui est no

uus cōtractus. l. si pascēda. C. de pact. ubi de cōtractu Soci-  
 cidij, qui similiter est cōtractus nouus, de quo Bal. in rub.  
 C. de soci. & hanc similitudinem potest facere iudex ex  
 officio proprio nemine petente: ut dixit Bald. in. l. j. C. ut  
 que de sunt aduo. part. tamē si male interpretatus est, po-  
 terit pars appellare: secundum notata per Innoc. in. c. cū  
 special. extra de appel. & l. ab executore. ff. de app. &  
 debet iudex in sentētia exprimere, quōd à similitudine ta-  
 lis legis reum condemnauit uel absoluit. l. si interpreta-  
 tione. ff. de legib. Ita Pet. de Anch. in. c. j. extra de consti.  
 in repetit. Item debet denominari à subiecto potiori. l. ij.  
 in fi. ff. loca. & facit ad quēstionē de re partim donata,  
 partim uendita: de qua in. l. si quis donat. ff. de contrahē.  
 empt. & de re partim uēdita, partim permutata, de qua  
 in. l. Aristo. in prin. ff. de don. & ibi Bar. & Paul. de Ca.  
 Ultimo restat quærendum de quatuor dubijs. Primo, an  
 statuta ita recipiant interpretationem, sicut ius commu-  
 ne: & breuiter respondetur secundum Ray. de Foroliuio  
 in suo tractatu de interpretatione, quem refert Petr. de  
 Anch. in. d. c. j. extra de constit. in fi. quōd statuta nō ita  
 facile sunt extendenda uel restringenda, maxime per ar-  
 gumentum à simili, sicut ius cōmune: quia intentio Impe-  
 ratoris fuit nullū casum indecisum relinquere. & sic tra-  
 hunt à simili ad casus novos non decisos: ut d. l. non pos-  
 sunt. & l. ij. C. de uete. iur. enuc. §. quia uero. Statuta ue-  
 ro uoluerunt casus non decisos relinquere in dispositione  
 iuris communis: unde ita restringenda sunt, ut minus le-  
 dant ius commune quàm fieri potest: ut dixi supra in. ij.  
 parte de cōtrarijs legibus. Ex quo sequitur, quōd in qui-  
 bus

bus casibus lex noua licet cōmunis nō extenditur, multo  
 minus statutum. Item sequitur, quōd statutum quāquam  
 fauorabile, etiam non cōtinens aliquid quod sit cōtra ius  
 commune, tamen nō est extendendum per argumētum à  
 simili ad casum nouum, si potest decidi per regulas iuris  
 communis: ut infra plene dicitur in secunda quēstione.  
 Pro quo facit. l. constitutiones. ff. ad municip. & l. quōd  
 constitutus. ff. de re mil. & l. j. ff. si quis testa. §. proinde.  
 & tex. in. c. pro humani. de homi. lib. vj. c. j. de statu reg.  
 c. j. de usur. lib. vj. c. si papa. de priui. lib. vj. c. cū dilectus.  
 extra de consuet. Nam quoties statutum dat aliquam for-  
 mam, omne quod non est secundum illam formam statu-  
 uidetur extra dispositionem statuti ponere. arg. l. consti-  
 ciuntur. fin. de iur. codic. cum simil. & hoc etiam serua-  
 tur de consuetudine, tum tremore periurij, tum tremore  
 syndicatus, tum etiam propter ignorantiam eorū, qui cū  
 mentem & rationem non intelligunt, uerba uero iuxta  
 corticem facile intelligūt, solent id sequi quod sibi clarius  
 & facilius uidetur: ut facit. l. non omnium. ff. de legib. cū  
 l. seq. quos tanquam fatuos & rudes Bar. aliquādo repre-  
 hendit in. l. j. in fi. ff. si quis testa. & c. tum etiam quia ha-  
 beatur copia eorum qui cōdiderunt. arg. l. cum de nouo.  
 & l. humanum. C. de legib. tum etiam uel maxime, quia  
 ad iudices non pertinet leges interpretari, sed magis exa-  
 qui, ut l. j. ff. ad Turpil. cum supersunt illi qui statuta cō-  
 diderunt, ad quos spectat statuta cōdere, quia ad eos etiā  
 spectat ut plurimum interpretari. l. cum de nouo. de legi.  
 secundum distinctionem factam supra in princ. quartę  
 partis, quod est notandum in practica. Nō enim licet no-

bis statutum interpretari exemplo Iuriconsultorum, quia ad eos concessa fuerat autoritas legis condendi & interpretandi. *l. ij. ff. de orig. iur. §. his legibus. Statuta tamen restringuntur & ampliuntur secundum mentem ipsorum statuentium & alia iura. l. de quibus. ff. de legi. in princ. ibi. ad proximum & consequens. & plene dixi in prima & secunda parte. Item ex copulatis, ut supra in tertia parte. Item, identitate rationis siue ex paribus, ubi non esset contra ius commune, de quo dixi in proximo loco: à simili uero nunquam. Secundo querendum est, an casus nouus emergens debeat potius diffiniri à ratione uel similitudine legis communis an uero statutorum siue consuetudinibus loci, ubi causa discutitur. de quo uide quae notantur in d. l. de quibus. in princ. ff. de legi. *l. i. C. de sit. lon. consuet. c. fin. extra de consuet. & opti. text. cum ibi notatis in c. i. de cognit. feu. in prin. & breuiter puto distinguendos hos casus. Primus, quando statutum est secundum ius commune. Secundus, quando disponit de aliquo negotio nouo. Tertius, quando est contra ius commune: scilicet quando abrogat uel derogat iuri communi. Primo casu, cum statutum dici posset potius confirmatio legis antiquae quam nouae legis: ut in tit. de pac. iur. fir. §. ad haec. ut etiam dixit Bart. in consuetudine conformi ad legem communem: ut d. l. de quibus. per l. minime. *l. i. si de interpretatione. ff. eod.* Cum enim lex generalis posterior contraria legi anteriori, non uideatur tollere ea quae in aliquo loco essent per statutum uel consuetudinem confirmata, ut in c. i. de constit. lib. vi. & cum debeat intelligi secundum ius commune, ut plene dixi in secunda partem primam**

is principio: non est fienda dubitatio, nec uis an casus nouus decidatur secundum statutum, an uero secundum legem, cum idem sint. Vnde si statuto caueretur, quod à sententia interlocutoria, uel quod à sententia lata super possessorio, uel quod ab executione sententiae non appelletur, in his casibus specialibus, in quibus de iure communi appellatur, ut idem appellare poterit, non obstante dicto statuto: secundum Ant. de But. in c. ut debitus honor. de app. *l. c. ut mens. de iur. iur.* Secundo casu quando statutum disponit de aliquo negotio nouo, de contractu ficti uel Societatis, uel libelli, uel alicuius delicti, quod de iure communi non punitur: tunc si occurrat casus nouus subiectus ad illos contractus, debet decidi secundum rationem siue mentem statuti, non iuris communis: ut est tex. in d. l. de quibus. ibi proximum & consequens ei est. *l. d. e. in princ. de cog. feud.* secus si ille casus nouus occurrens non est proximus nec consequens ad illam subiectam materiam, sed extraneus, ut infra dicam. Vnde cum lex communis dicat filium succedere patri siue laicum siue clericum: postea extat consuetudo in feudis, quod monachus non succedat in feudo, quia non potest seruire domino, propter quod seruitium datur feudum, occurrit casus in Canonico regulari, an succedat patri in feudo: certe determinabitur secundum rationem consuetudinis. Idem erit de filio debilitato, per eandem rationem consuetudinis. Tertio casu, quando statutum est contra regulas iuris communis, & tunc siquidem abrogat legem communem in totum, tunc nouus casus occurrens, si est proximus & consequens statuto, sine dubio diffiniri debet secundum rationem statuti non legis abrogatae:

ut est text. in l. j. C. de lati. lib. tol. quod intellige, si abroget legem continentem aequitatem civilem, secus si abrogaret legem continentem aequitatem naturalem: ut l. quod uero contra. & l. quod non ratione. ff. eod. Idem intellige si casus occurrens esset proximus & consequens ad illud statutum: secus si esset extraneum ab ipso statuto, ut ibi dicam. uoco autem extraneum casum à lege, quando nec ex mente statuti, siue ab identitate rationis potest diffiniri, sed tantum à simili. Si autem statutum derogat uel addit iuri cōmuni, tunc hic opus & labor est. Et prima quidem conclusio est, quod casus nouus occurrens, si est diffinitus ex mente statuti, licet nō uerbis, debet diffiniri ex ratione statuti per. d. l. de quibus. in princ. & l. nominis & rei. ff. de uerb. signif. & d. c. j. de cog. feud. cum similibus. ut plenè ostensum est in prima parte princ. Pone exemplum: Statutum est, quod filius, frater & patruus defuncti excludat filiam, propter familiam conseruandam, certe excludetur nepos uel neptis, sci licet filius uel filia ipsius filiae: quia à quo remouetur origo, & radix, remota esse intelliguntur deriuatiua ab ea. Item, si pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, certe & præstans opem ad homicidium, non puniri debet grauiori pœna. Item, si statuto liceret furem diuturnum deprehensum occidere, licebit & uerberare: quia cui licet quod superius, licet quod est inferius: ut dixi supra. An admittatur argumentum à maiori tate rationis. Secunda conclusio est, ubi casus nouiter emergens non est proximus nec consequens casui comprehenso in statuto, quod non comprehenditur ex mente statuti, licet sit par

fit par casus uel similis casui comprehenso, tamen potius definiri conueniet ex paritate uel similitudine casus comprehensi in lege communi, quàm casus comprehensi in statuto. per. l. de quibus. ff. eod. & ibi Doctores consonant in hoc, ibi, tunc ius quo urbs Romana utitur. Nam cum lex Romona sit dignior, quia à maioribus uel sapientioribus constituta est: item quia generalior quàm statutum, rationabile est, ut potius casus nouus definatur secundum legem digniorem. Pro quo faciunt ea quæ supra notauimus in proxima questione, & supra in questione principali de contrariis legibus. Unde si sit statutum, frater defuncti excludat sororem: non tamen excludit matrem, licet sint paris gradus. Casus ergo de matre potius erit definiendus secundum dispositionem iuris communis, quàm secundum statutum. Sed hæc regula fallit in pluribus casibus. Primo, ubi casus nouiter occurrens esset magis similis casui comprehenso in lege. Verbi gratia: Si filius excludit filiam, quid si superest heremphroditus magis præualens in sexu masculino quàm feminino? certè excludet filiam. argumento. l. queritur. de statu homi. facit optimè. l. j. §. si quis seruum. ff. de pos. l. j. ff. de æsti. acti. & glo. in. l. si olei. C. locati. Fallit secundo, ubi statutum maiori aequitate subnixum est, quàm lex communis. Ad hoc facit, quia ubi est rigor scriptus ex una parte, & ex alia aequitas scripta, quod aequitas præferetur. l. placuit. C. de iudic. l. quid si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. Nam etiam aequitas ubi lex deficit, pro lege obseruatur. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tuto. cum similibus. Pone exemplum: Lex est rigo-

rosa in contractu emphyteotico, quod cessans soluere per biennium perdat omne ius & meliorameta in re emphyteotica facta. l. ij. C. de iure emphyt. De iure uero statuario cauetur quod emphyteota cessans soluere per biennium, tantum teneatur ad pensiones retentas, & ad interesse, si intra unum mensem a die monitionis sibi facte, pensiones retentas quanti plurimi ualuerint non soluerit.

Quid dicemus in liuellario, qui contractus nouus? certe secundum superscriptam regulam idem erit dicendum, & sic magis definietur a similitudine statuti disponentis de emphyteosi, quam a similitudine legis disponentis de contractu locationis, tributarij, superficiarij uel precarij. Hec est theorica Cin. & Ricar. in. l. j. C. quae sit longa consuetu. & Guil. in. l. de quibus. ff. eod. Sed dubium est, quid si fictabilis cessauit soluere per biennium, an poterit expelli? & uidetur quod sic, quia iste contractus facti est magis similis locationi: ut dicta gloss. & Doctores in dicta. l. si olei. C. locati. ergo ab eius similitudine erit decidendum, per ea quae supra proxime dixi. Contra uidetur quod magis debet definiiri a similitudine statuti, quia benignius. Nam aequitas praefenda est, argumento a denominatione uerborum, ut dixit textus, & ibi Bald. in. c. j. quando mari. succe. uxo. Sed primam partem teneo, quod erit definiendum a similitudine iuris communis. Primo, quia magis simile. Secundo, quia in casibus non decisus, magis sequimur regulas iuris communis quam statuta. Tertio, quia ita seruatur de iure in contractu locationis, etiam in loco statuti: ut dixit textus in dicta. l. de quibus. & ita communiter concluditur per Doctores in dicta

in. d. l. de quibus. & in. l. j. C. quae sit longa. & in. c. fina. extra de consuet. Tertio, fallit ubi statutum in totum abrogaret legem communem, tunc a lege abrogata non est sumenda similitudo. l. j. & ibi gloss. in. uer. imaginem. C. de latin. lib. toll. & haec sufficiant quo ad secundum dubium. Tertium dubium est, An quando lex uel statutum extenditur ad casum non expressum per interpretationem, extendatur cum omnibus suis qualitibus? & regula est quod sic, ut est textus in. l. fina. C. de inoffic. don. & in. l. unica. C. de inoffic. dotib. l. electio. §. j. & l. si plurimum. ff. de noxa. & l. item quaeritur. §. qui impleto. ff. loca. cum similibus. inde dicitur: Si statuto caueatur quod instrumenta dotium habeant executionem paratam, uel mandentur executioni summariae de plano & c. quod si agatur ex instrumento de dote restituenda uel hypotheca tacita ex praesumptione legis subintellecta, similiter mandabitur executioni summariae & de plano: ut no. Bart. in. l. j. ff. de his quae in testa. delen. quia praesumpta praesumptione iuris, uidentur expressa. ut. l. j. & C. de rei uxo. acti. & ibi notat Bartolus in. l. j. ff. de lega. ij. circa quam difficultatem uide Baldum, Imo. & Moder. ibi omnino. Ex his etiam inferunt, quod si statuto debitor pro debito possit carcerari, quod idem poterit pro debito patris carcerari, si propter moram suam concedatur carceratio: ut. l. postulante. ad Trebellianum. & notatur in. l. fina. §. in computatione. C. de iure deliber. quamuis Baldus teneat contrarium in. l. j. C. de execut. rei iudic. quam regulam intellige ubi lex non esset contra rationem, alias secus. arg. l. eum qui in princi. & ibi not. ff. de iurciuian

iureiurando. & l. qui repudiantis animo. §. si. ff. de inoffi. testam. Vnde dicitur: si contumax habeatur pro confesso, debet intelligi quo ad intentata: secus quo ad alia, puta, quo minus possit appellare, quia hoc non est intentatum. Ad hoc optime facit glossa. & Bald. in l. si aduersarius. C. de fide instrum. ubi protestans se nolle uti instrumento à se producto, uidetur fateri illud instrumentum esse falsum: non tamen punietur de falso, sicut ille qui scienter instrumentum falsum produxit, & maxime si non est oppositum de falso. Vnde dicit ibi Bald. q. si stat statutum, q. bannitus habeatur pro confesso, debet intelligi, quo ad ea quae sunt intentata in banno, non quo ad alia. Ad hoc facit quod notat Bald. in l. ij. C. de edend. ubi licet probatio facta coram uno iudice faciat fidem coram alio, intelligitur de uera non de ficta. per. l. ij. C. de fide instru. & l. ij. §. diuus. ff. de iur. fisc. & qui habetur pro confesso in causa ciuili, non habetur pro confesso in causa criminali. Item confessio ficta defuncti non nocet heredi. textus singularis in l. eius qui delatorem. & ibi Bart. ff. de iure fisc. Secundo, intellige in his qualitatibus quae sunt de natura primordiali casus expressi in lege, qui extenditur: secus in his qualitatibus quae non sunt de natura expressi, sed sunt aduentitia. arg. l. certi conditio. in princ. iuncta glo. ff. si cert. pet. & dixi supra in prima parte principali, in argumento de subrogatis, & in argumento de parificatis. Tertio, intellige quatenus illae qualitates extendende secundum regulas iuris adaptari possunt ad casum extensum. secus si secundum regulas iuris communis uel naturalis non possunt adaptari. l. 1. §. lex. ff. ad legem falcidiam. & ibi

Bart.

Bart. & l. ita. ff. de administ. tuto. & l. aediles. §. loquuntur. ff. de edil. edict. pro quo optime facit. Luxori. §. uxori. de leg. iij. & glossa. not. & ibi Doctores in l. talis scriptura. in fine. de legib. & facit regula in his. ff. de legib. & Barto. in l. prator. §. est differentia. ff. ui bono. rapto. ubi uide omnino. Vnde bene dixit glossa. in l. omnia. C. de sacrosanct. eccle. quod si priuilegia concessa uni ecclesiae, concedantur alteri ecclesiae, debet intelligi de praeteritis, non de futuris. argu. l. cum lex. ff. de legib. & l. si ita legatum. ff. de auro & argen. lega. Sed dubitatum est, an lex poenalis si extendatur per interpretationem ad casum non expressum uerbis, intelligatur esse extensa cum poena? puto distinguendum: aut poena imponitur, quia contra naturalem aequitatem commissum est, puta, propter furtum, adulterium, homicidium, & similia: ut. l. ut uim. ff. de iusti. & iur. & l. j. ff. de furt. tunc poena extenditur ad casum ad quem extenditur lex: ut. l. haec uerba. ff. de adult. textus notus in l. sed sciendum. ff. de parricidijs. & ibi glossa. & Doctores. & l. si quis seruo. iuncta glo. C. de furt. quae extendit illam glossam, ad corruptentem filiumfamil. quod tamen intellige, ubi delictum punitur modo regulato à iure, secus si irregulari: ut pulchre dixi in quarta parte principali, quando lex continens odium extenditur, & supra proxima questione: aut poena imponitur, non quia contra naturalem aequitatem, sed quia contra ciuilem rigorem commissum est, & tunc non intelligitur poena esse repetita in casu extenso: ut dixit glossa in l. si. ff. de liti. & l. si. ff. de in ius uoc. & glo. Insti. de acti. §. item mixta. & §. poenales. uer. in causa.

ut non habeat locum fateri  
Respectu poene

110. ad l.  
de la poena  
da de liti  
ne fauor  
in ordi. ff.  
emat fide

& glo. in l. si aduersarius. C. de fide instrum. Idem si ex uoluntate hominis est apposta: ut. l. in testamento quidem. ff. de condi. & demonst. & l. si pragnans. & l. uac. ca. ff. de eui. & l. cum apud iudicat. solui. & textus in l. cum qui. in princi. ff. de iureiuran. & glos. in l. certi conditio. in princi. ff. si certum peta. facit optime quod scribit Ioan. Andr. in. c. dispendia. §. j. de rescript. lib. vi. Ex his infert Bald. in. l. j. C. de his que poene nomine. Testator iussit construi ecclesiam in domo sua sub certa poena, heres cu uellet costruere, episcopus no uoluit concedere licetiam quod construatur ibi, sed alibi. Modo heres non construxit nec ibi nec alibi, an incidat in poenam? & dicitur quod non, per dictam. l. in testamento. de condit. & demonst. Tamen cogi poterit quod construat dictam ecclesiam in loco commodo, arbitrio episcopi: per dictam legem. At si testator iussit construi intra annum a die mortis sub certa poena, & episcopus prorogauit terminum, postea heres non costruixit capellam intra annum, si quidem prorogatus est terminus iusta causa, non incidit in poenam. Quid si in termino non prorogato heres non construxit, certe in poenam incidit: quia non dicitur aliquid impropieri uel mutari, licet dies prorogetur: & ideo poena prorogatur & no absorbetur: ut notat Innocentius in. c. preterea requisisti. de appella. Ex his etiam infertur: Si statuto cauetur, quod tutela duret usque ad xvij. annum, licet mater teneatur petere tutorem in decimo quinto anno usque ad decimum octauum, prout in filio furioso. l. ij. §. quod si cum pragnas. ff. ad Tertull. no tamen incidet in poenam. Ita Bal. in. l. matris. in fin. C. ad Tertull.

Tertull.

Tertull. At si statutum restringitur, & tempus tutela puta, usq; ad. x. an. certe post decem annos non tenetur mater petere: quia restricto antecedenti, restringitur & eius consequens antecedenti comensuratum. Ex his infert Abb. in. c. j. de re iud. quod tunc demum sententia lata no seruato ordine iudiciorum est nulla, si lata est contra ordinem expressum in lege: secus si talis ordo esset de interpretatione. Quod tamen dicitur poenam non extendi ad casum non expressum, sed per interpretationem extensum, quia dispositio legis in casu extenso uidetur alterata, nec formaliter uidetur esse factum contra legem, fallit ubi contra fieret in fraudem ipsius legis: quia licet non offendatur uerba formalia, tamen offenditur mens: ut est textus in. l. non dubium. C. de legi. Grauius enim delinquit qui comittit in fraudem legis, quam qui contra legem. l. non intelligitur. de iu. fis. Quartum dubium remanet dissoluendum Statuto cauetur, quod statuta intelligantur simpliciter, precise, ad literam prout iaceret, nec aliqua interpretationem recipiant: an poterint recipere aliqua interpretatione & uidetur q. no. Primo, quia est conforme iuri communi. l. ij. §. cumq; C. de uete. iur. enuc. ibi, quemadmodum in antiquioribus totum ius penes conturbatum est. Ad hoc facit ele. exiui de paradiso. de uer. signi. Item illud est secundum literam, quod legi & oculis cerni potest. at interpretatiuus casus non potest oculis cerni, sed intellectu comprehendere: ut. l. j. ff. de his que in testamento delentur & c. Contrarium communiter tenent Doctores, quod statuta poterint interpretari declarando uel distinguendo, no autem restringendo uel ampliando, maxime argumento a simili uel a contrario sen

rio sensu: ut dicit Ioan. And. in reg. pro possessore. in Mercur. & Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & Bald. in Authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccle. & in l. iij. C. de liber. præter. & in l. iubemus. §. fina. C. ad Trebell. & in l. intestato. C. de suis & legit. & in Authen. de fide instru. in princ. & in l. i. ff. de vulg. & pupill. & in l. i. §. si quis simpliciter. de uerbo. obliga. & glo. in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. ibi, quid si taxatiuè loquitur &c. Et pro huius questionis solutione præmitto, quòd quadrupliciter contingit legè interpretari, ut dixi supra in principio huius tractatus. Primo, quòd ampliamus uel restringimus uerba propter mentem. l. scire leges. ff. eod. Secundo, quando leges quæ inuicem uidentur oppositæ concordantur. Tertio, quando uerba sunt ita ambigua, quòd possunt trahi in duplicem intellectum tamen unus intellectus solum uerus esse potest. l. in ambiguo. ff. eod. Quarto, quòd uolumus extèdere legè à simili, uel à pari, uel per subauditionè, uel ab argumèto nò necessario. Primo casu, cū uis & potestas legis in mète consistat: ut dicta. l. scire leges. ut supra plènè probaui, nò potest effici, quòd lex non interpretetur secundum mentem quemadmodum non posset fieri, quòd homo non esset sine anima, & obligatio sine consensu. argu. l. ij. ff. de usufruct. eorum rerum, quæ usu non consu. & Instit. de iure natur. §. sed naturalia. Si enim mens ex lege tolleretur, iam lex esse desisteret, sed folium, uel saltem iniqua. Pone fiat statutum quòd dans uenenum in potu, morte afficiatur, an medicus qui bono ueneno infirmum curauit, debet morte affigi? Certè hoc statuentes non modo hoc noluerunt

Lex quatuor  
modis interpre-  
tari potest.

luerunt statuere, sed nec etiam hoc potuerunt de iure: sic enim sequeretur, quòd medicus præmio dignus, pœna afficeretur: & uolens uerba legis fraudare non puniretur: puta, si quis in pane uenenum malum immisceat & alicui comedendum erogat: ubi quia de euidentissima ueritatis rationis statuti constaret, licebit statutum secundum eam interpretari, ne fiat iniustum. Secus ubi quis leui coniectura uel proprio capite rationè legis reddere uellet: quia tunc nò licebit statutum secundum eam interpretari. arg. l. prope- xit. ff. qui & à quib. & l. non omnium. cum. l. seq. ff. de legib. Et ex his etià colligas esse uenenum bonum, & uenenum malum. l. qui uenenum. in prin. & ibi gl. plura allegans. de uerb. sig. Secundo quoq; casu licebit unum statutum secundum aliud interpretari, quia nò est præsumendum esse contraria: aliàs sequeretur quòd aut unus casus contrarijs sententijs definiretur, aut statutis tanquam se inuicem abrogantibus nò posset definiri, quòd esset stultissimum. Rationabili ergo interpretatione statuta debent concordari, ut euitetur cõtrarietas & impossibilitas. l. nã & posteriores. ff. co. Tertio quoq; casu licebit interpretari, aliàs sequeretur quòd aut unus casus cõtrarijs sententijs definiretur, aut tanquam obscurus & intelligibilis reijceretur, aut certe legi illuderetur. Pone, statuto cauetur quòd liceat furem uel adulterum in domo cõpresum occidere, an si inueniat aliquem nomine Fur, uel Adulter, licebit occidere? Certè insulsum hoc erit dicere. Ex quibus patet interpretationè legibus & statutis esse necessariam: ut. l. ij. §. his legibus. de orig. iur. Quarto casu quòd à simili uel à pari casus expressi uolumus diffinire casum



sum non comprehensum, tunc talis interpretatio non admittetur, propter dictum statutum, quia talis interpretatio non est necessaria: cum casus non comprehensus in statuto possit diffiniri, tum autoritate eorum qui statuta condiderunt. l. cum de nouo. C. de legib. tum etiam ex dispositione iuris communis, quia casus omisus in statuto intelligitur omisus ad dispositionem iuris communis: ut dixi supra in secunda parte principali. Et, ut generaliter dicam, cum statutum debeat esse honestum, utile, possibile & clarum, alioquin non lex sed pestilentia dici potest iij. dist. c. erit autem lex. necesse est ut eam interpretationem recipiat, per quam ex dicto statuto nihil inhonestum siue irrationabile, prodigiosum, impossibile uel contrarium oriatur. secundum naturam enim est, ut unumquodque simile sibi prodeat, non ut ex iure iniuria sequatur. l. meminere. C. unde ui. pro quo facit text. in. l. ij. C. de uet. iur. enu. ibi, ut tam imperfectas replere, quam nocte obscuritatis obductas luce detegere. Vbi autem fiet interpretatio, quae non esset necessaria, scilicet cuius interpretationis oppositio conuenire posset cum statuto, tunc talis interpretatio reiicienda est propter expressam uoluntatem statuentium. Sed queri potest an statuta recipiant aliquam subauditionem, statuto uetante posse subaudiri? & breuiter distinguo, multipliciter aliquid posse subaudiri & suppleri in statutis, uel in alijs scripturis requiruntibus necessario scripturam. Primo, ex natura negocij, unde condemnatus de crimine famoso, fit infamis, licet in sententia non exprimatur. l. infamem. ff. de pub. iud. l. i. ctus sustium. de his his qui not. inf. facit. l. cu quid

quid. ff. si cer. pe. l. sciendū. de uerb. ob. & supra dixi in. j. parte principali, in argumēto, de diff. in cau. & nat. rei. Secūdo, subauditur ex relatiōe uocabuli expressi ad aliud suum correlatiuū. ut. l. j. C. de indic. uid. tol. & dixi supra in argumēto de correlatiuis, contrarijs, subrogatis. Tertio, subauditur ex ui sermonis, quae est integritas partium orationis perfectū sensum facies. l. j. s. fi. ff. de here. insti. & ibi Bar. in. l. error. C. de testa. & l. librarius. de re. iu. Quarto, subauditur ex generalitate sermonis, ut in substitutione breuiloqua uel cōpendiosa. l. cēturio. l. Lucius. & l. hoc iure. de uul. & pu. & dictū est supra in argumēto de genere & de toto. Quinto, subauditur ex cōsuetudine loquendi: ut in. c. ij. de rescri. l. fi. C. de fideius. l. quod si no lit. s. asidua. ff. de edil. edi. Sexto, subauditur ex praesumptione legis, & similiter ista ut praedictae subauditiones fieri possunt in statutis. l. j. C. de rei ux. act. l. precibus. C. de impu. & alijs sub. l. si uicinis. C. de nup. l. filii. ff. de his qui sunt sui uel ali. iu. Quaedā subaudiri possunt per antecedētia uel sequētia: ut. l. utrū. ff. de peti. haer. & dictū est supra in. j. parte, in argumēto de subauditione. & Bar. in. l. ij. s. est itaq; ff. ui bo. ra. Quaedā subaudiri possunt ex interpretatione hominū: & haec reiicienda est, ut l. j. ff. de his quae in test. del. & l. ij. C. de sen. ex peri. reci. l. contractus. C. de fi. instr. & ibi no. Necessariū est, calcē imponendo tractatui, quādo diuersae interpretationes & opiniones Doctorum reperiuntur quae magis sit eligenda, explicare. Nam iudex qui in iudicādo malā opinionem elegit, syndicari potest, secundum notata, Insti. de oblg. quae ex quasi deli. nas. in princ. & Docto. in. l. ij.

Inter varias doctorum opiniones, quae magis eligenda,

C. de pen. iud. qui male iudi. facit optime tex. in l. Athletas. in princ. ff. de infra. ibi, omnes opinantur. & l. i. ff. de senat. in fi. Qui tex. facit contra eos qui uolunt sequi nouas sententias & opiniones Doctorum. Nam ab antiqua opinione maiorum & praeceptorum nostrorum recedendum non est: ut dicit text. in l. si adibus. ff. de dam. infec. & notatur in c. j. de decimis. & in c. pastoralis. eo. tit. in glos. unò reputatur difficilimum opinionem antiquorum reuoluere. xxxv. quæst. ix. c. ueniam. Vide de modo interpretandi Pet. in reg. cano. ubi præferre uidetur significationem uocabuli sensui magis benigno. Sit ergo prima regula in opinionibus doctorum uarijs eligendis, quòd illa opinio eligatur, quæ comprobatur de consuetudine. Nam consuetudo est optima legum interpretat. l. si de interpretatione. & l. minime. de legib. & ibidem notatur. Et potest poni exemplum in opinione Marti. de qua per glos. in l. dos à patre. C. solut. matr. quæ licet sit falsa, tamen de consuetudine obseruatur. Et de hoc est text. in c. illud. de præscri. Item ponitur exemplum in opinione glo. in l. fin. C. de donat. inter uir. & ux. quæ quasi destruit illum text. & tamen ita seruat consuetudo. Item potest poni exemplum in opinione glos. de qua in l. asiduis. C. qui pot. in pig. hab. & in glos. in l. seruitutes, la grande. ff. de seruit. & opinione Bart. de qua in l. si domini. ff. de furt. cum simil. quod tamen intellige de consuetudine rationabili. alias secus. l. quod non ratione. ff. de legibus.

Secunda regula, quòd ubi nõ constat de consuetudine, tunc illa opinio tenenda est, quæ altero iure cõprobatur. Verbi gratias: Si de iure ciuili aliqua quæstio non sit ex-

preste

preste decisa, & opinio uaria sit inter Doctores legitas, & sit expressa de iure canonico, tunc illa tenenda est, quæ est comprobata per ius canonicum: & potest poni exemplum in quæstione de qua in l. i. ubenus. C. ad le. falcid. & in c. Rainutius. de testa. & de hoc uidetur tex. in c. per uenerabilem. s. rationem. extra, qui filij sint leg. & ibi Doctores. & optime faciunt notata in c. extra, de oper. no. nunc. Vnde merito sæpe repræditur Cin. & Pe. qui in dubijs quæstionibus non sequebantur decisiones iuris canonici, dicentes, sua iura nõ procedere ex errore canonico. Tertia regula est, quòd ubi de consuetudine uel altero iure non constat, tunc illa eligenda est, quæ efficacioribus rationibus comprobatur, etiam si plures in contrarium sentiant: ut uidetur sentire glos. in d. l. minime. & text. in clem. j. in fi. de summa trin. & fide cath. c. exorta. de re iudic. ibi, efficacioribus rationibus. & optimus text. in l. j. s. sed neq;. C. de uet. iur. enuc. ibi, non ex multitudine, sed quod æquius & melius est iudicatote. Et facit optime. l. ob carmen. ff. de testi. facit. l. sed licet. & ibi Bart. ff. de offic. præf. dicens: non debere allegari glossam quamdiu inuenitur text. facit. l. iij. s. subtilius. ff. de condi. ob caus. ubi filius Celsus reprehendit patrem, quia rationem auctoritati postposuit. Sed dubium esse potest, quæ dicatur melior ratio: non enim temere credendum est contrarietatem inter summos Doctores esse de eo quod lege expressum est (quia illud omnino sequendum est. l. Gallus. s. si eius. ff. de lib. & posth.) sed de eo quod lege aut nõ continetur aut obscure. Et sciendum est quod illa ratio efficacior habetur, quæ est secundum ius naturale,

o 3 quam

quàm quæ secundum ius ciuile. j. distin. c. consuetudo. & text. in. l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tute. & ibi no. & quæ est secundum ius diuinum, quàm quæ est secundum ius canonicum, ut est text. optimus in. c. licet ex quadam. in fi. extra de testib. Item, illa quæ est secundum æquitatem scriptam, quàm quæ est secundum rigorem. l. placuit. C. de iudic. & text. optimus in. l. si seruum. §. sequitur. de uerb. obl. ibi, multi propter iuris subtilitatem perniciosè errauerunt. Item, quæ est secundum mentem, quàm quæ est secundum uerba. l. scire leges. ff. de legib. Et quæ secundum uerba, quàm quæ per similitudinem, quia est falsax: ut in. c. per uenerabilem. qui filij sunt leg. §. si uero. & in Authent. de fi. instru. in prin. uel ea quæ fit per incertam rationem: ut est text. in. l. §. si is qui nauem. ff. de exercit. ibi, melius est uerbis edicti seruire. Item illa quæ secundum regulas iuris, quàm ea quæ tenet ut sit speciale: secundum glo. in. l. omnis diffinitio. de reg. iur. dicentem, quod non est discedendum à regula tanquam à carocio, ut faciunt Bononienses. Possent adduci plures similes rationes, sed hæc exempli gratia sufficiant. Quarta regula est, ubi de euidentioribus rationibus nõ constat, tunc illa eligenda est quæ est tutior. arg. c. iuuenis. extra de sponsal. & c. significauit. extra de homic. cum similibus. Nam consilium legis est, partem tutiorem eligere. l. si pupillus. §. j. & ibi glo. notabilis. ff. de reb. eorum. l. cū proponas. C. de interd. ma. Quinta regula est, quod illa opinio eligatur, quæ est fauorabilis, & propter quam res ualeat & non perit: ut in regula, in obscuris. & in regula, quoties. de reg. iur. & c. si uir. extra de cognat. spir. licet plures

plures contrariū sentiāt. Vnde inserūt Docto. Si est hæsi-  
tatio an aliquis libellus, uel testamentū, uel instrumentū,  
uel matrimoniu ualeat, illa opinio tenēda erit per quā li-  
bellus, testamentū, uel matrimonium sustentatur. Ita sin-  
gulariter dixit Bart. in. l. tui. §. hoc autem iudicium. ff. de  
dam. infe. & Spec. in tit. de offic. iudi. §. iudicis officium.  
uer. sed an. faciunt notata in. l. j. C. de appel. reci. ubi ap-  
pellatio facta hoc modo, dico nullam. & si qua est, appel-  
lo: & libellus, dico ad me pertinere iure dominij uel qua-  
si, admittendus est: quia in dubijs potius faciendum est ut  
res ualeat, quàm pereat. Ex quo etiam singulariter dixit  
Hosti. in. d. c. si uir. de cog. spir. quod ubi in causa matri-  
monij est una opinio singularis, tamen rationabilis pro-  
sustentando matrimonio contracto, illa tenenda erit,  
licet communis opinio sit contraria: quod est singulari-  
ter notandum secundum Abbatem. Sexta regula,  
quod illa opinio est tenenda, quæ est approbata à pru-  
dentioribus, licet in contrariam partem sint plures: ut  
uidetur textus optimus. xix. distinct. c. in canonicis. (Re-  
fert tamen an de potestate, an de scientia autorum sa-  
cræ scripturæ, quærat. nam in difficilibus questionibus  
eos sequimur qui habent autoritatem potestatemq; in  
expositionibus, eis credimus qui plenorem spiritus  
gratiam consecuti sunt. xx. distinct. c. decretales. adde  
omnino distinct. c. in canonicis.) Ut in iure ciuili opinio  
glos. nam ut dixit Baldus, maxime in causis magnis non  
est recedendum à gl. quia eius autoritas alias antecellit:  
secundum Bald. in. l. precibus. C. de impub. & l. cum nõ  
solum. §. necessitate. C. de bon. qua lib. & in. l. j. in fin. C.  
o 4 que

que sent. sine certa quantitate. & in l. cum hereditas. C. de pos. Et maxime iuncto Azone, qui fuit uas electionis, id est fons legum. secundum Bald. in l. contractus. C. de fid. instrum. Item opinio Bart. qui secundum Bald. iudicat omnia. & quidam alij, ut in iure canonico opinio Innocentij, & Ioannis Andr. Aduertendum etiam est, quod in quaestionibus civilibus Legistis, in canonibus uero Canonistis in dubio magis credendum est: quia unusquisque presumitur peritus in arte sua. arg. l. i. ff. de uet. in pic. c. proposuisti. extra de probat. & l. i. ff. si mens for sal. mo. di. cum similibus. Et in dubio magis credendum est senioribus. arg. l. semper. ff. de iur. immu. & scribitur. xix. cap. Leuitici: Surge & honora personam senis. Ita uidetur tenere gloss. in l. cum quid. ff. si cer. pet. l. fin. ff. de fide instrum. l. chorus. §. fin. de leg. iij. Sic etiam in dubio antiquior consuetudo seruanda est. l. nemo. §. temporales. ff. de reg. iur. Non tamen credendum est opinionibus antiquorum nostrorum, quorum sententiae quotidie alligantur fuisse falsae, nec tanto tempore tolerari, nisi ueraces sint. arg. l. in finalibus. ff. si. regun. l. census. ff. de probat. l. si arbiter. ff. cod. tit. c. cum causam. extra de probat. & l. monumentorum. & ibi per Bartol. ff. de religio. & sumpti. fine. ad hoc. & c. quanto. cum ibi scriptis. de iureiurando. & quae habentur in l. proprietatis. C. de probatio. Et quanquam rationabilius uideatur ut iuniores sint perspicaciores, iuxta gloss. in l. Gallus. de libe. & posth. tamen nescio quo fato ingenia hominum in dies magis decrescunt, nisi quod, ut inquit Danielis. cap. 2. Theologi iuxta Danielis interpretatione, ab aurea etate

Danielis. cap. 2. Theologi iuxta Danielis interpretatione, ab aurea etate

48

